



Ayuntamiento de Madrid

EGREGIOS CUMULARE


LIBROS

PREFECTURA SUPREMA.



BIBLIOTHECA CORTINA.

Ayuntamiento de Madrid



Ayuntamiento de Madrid

Par

510

1684 - 1850

Ayuntamiento de Madrid

XENOPHONTIS
GNOMOLOGIÆ,

Eiusdem Parabolæ siue
Similitudines.

*Illustres præterea sententiae ex pro-
batiss. cum Gracis tum Latinis
Autoribus excerptæ per
Thomam Beconum.*

L V G D V N I,
A P V D C L E M E N . B A L D V I N V M.
— 1 5 5 8 —

Cicero in Catone Maiore.

Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt: quos legite (quaestio) studiosè, ut facitis.

*Quintilianus lib. io. cap. i.
Institut. Orator.*

*Quid ego commemorem Xenophon-
tis illam incunditatem in affectatam?
sed quam nulla affectatio consequi
possit, ut ipsæ sermonem gratia finxisse
videantur: & quod de Pericle veteris
comœdia testimoniū est, in hunc trans-
ferri iustissimè possit in labris eius se-
disse quandam persuadendi deam.*

THOMAS BECONVS RO
dolpho & Leonardo pij ac integer
simiviri, Dr. Cuthberti Vuas-
cuppi filijs, adolescentia-
tibus præclara in-
doce, ac optima
spe præditis,
S. P. D.



V P L I C T E R felices vos
ac perbeatos existimo, (adolescentes optimi) & quæ
ea ætate vobis nasci conti-
git, qua elegantiores lite-
ræ non reuiniscunt modo, verùmetiam
vigent, florent, regnant, triumphant: &
quod parentes habetis ut sinceræ au-
tæque religionis cultores maximos, ita
bonarū disciplinarū fautores eximios:
qui nihil carius, nihil antiquius habent,
quam ut vestros animos à teneris (ut
Græci dicunt) vnguiculis doctrina, &
eruditione excolant: virtute ac pietate
imbuant: quibus rebus instructa, exculta,
ornata hominum vita plurimum à vi-
ctu & cultu bestiarū distat. Quid enim
à Deo immortali mortali hominum ge-
neri, siue iucunditatem, siue utilitatem

species, præstabilius, optabiliusve attri-
butum, concessumque est literatum be-
neficio: quæ, ut inquit ipse Romanæ elo-
quentiæ princeps, nos primùm ad Dei
cultum, tum ad modestiam magnitudi-
nemque animi, erudiunt: vitia raditus
extrahunt: medentur animis: solicitudi-
nes detrahunt: cupiditatibus liberant:
pellunt timores: docent ipsius fortunæ
iniuriam modestè ferre: adolescentiam
agunt: senectutem oblectant: secundas
res ornant: aduersis perfugium, ac sola-
tium præbent: delectant domi: non im-
pediunt foris: per noctem nobiscum: pe-
regrinantur: rusticantur: quæ insuper ho-
minis diuitiæ sunt ut pulcherrimæ, ita
certissimæ: quæ præterea viatica sunt
eiusmodi, quæ nauis fracta, simul cū do-
mino evanescunt: quæ denique diuitibus
honestatis addunt plurimum, inopia ve-
rò laborantibus unicum existunt vitæ
præsidium, quippe quibus vndeque per
inde ac auro suum est pretium. Hinc Ly-
con ille sapiens & meritò & iure erudi-
tionem τὸν ἵερον ἄστυλον appellare sole-
bat, ut pote quæ res aduersas non minus
adiuuet, quam secundas adornet. Atque
huc respicere videtur, qui doctrinam

*τὸν τὸ βίος βαντηρίαν nominauerit. Etenim quis ex musarū aliquādo alūnis eò reda-
ctus est in opia, vt fame, qua nihil miseri-
rius, confectus prorsus perierit? Memo-
riæ traditum est, Aristippum naufragio
ejectum ad littus Rhodiorum appulisse
quorum gymnasium vt intravit, déque
Philosophia differuisse corām, hilariter
acceptus, muneribus quamplurimis ho-
norificentissimè donatus est, atque or-
natus. idem ferè de Antisthene legimus.
Nec quidem certè apud Getas Ouidio
suus omnino defuit honos, laus, digni-
tas: adeò verum est quod scribit quidam
τιμὴ τέφηε τῶσι παιδεία βροτοῖς Rursum,
καν τοῖς ἀγρινοῖς ἐγιωδείας λόγῳ. Quātū
honorem, dignitatem, gloriā, incolumi-
tatem, salutem, libertatem, politicorum
literatum, artiūmque ingenuarum co-
gnitio non solùm ipsis Musarum culto-
ribus, verūm etiam Reipublicæ ciuitati,
patriæ quam incolebant, olim apud po-
tentissimos illustrissimósque principes
conciliauerit, satis supérque loquuntur
ipsa vetustatis monumenta. Philippus
Macedonū rex Aristoteli, Aristoteliaq;
doctrinæ ita fauebat, vt illius gratia pa-
trię solū, quod bellis acerbis & exitiosis*

antea vaſtauerat exinanietatq; refici ac
recreari confestim curauerit. Quin & in
expugnandis, excindendis, euerten-
disque funditus Thebis oppido vetusta
te, opibus, gloria, celebri: vris Pindari
Poëta: tectis ac stirpi in honorē Musa-
rum pepercit Alexander Philippi filius,
suminum in doctos fauorem manife-
stissimo exemplo testatus. Huic non
omnino dissimile est, quod de Deme-
trio Antigoni filio legimus, qui cùm
Megara capisset, iussit Stilponis Phi-
losophi domum seruari in columem,
sibique bona vniuersa, si qua essent di-
repta, restitui. Octauius præterea Au-
gustus, victo Antonio, captaque Alexan-
dria vrbe opulentissima, in qua multa
insolentiūs egerat, vt à victoribus ple-
runque fieri solet, Arium Philosophum
fama inter Alexandinos temporibus
illis celeberrimum tanta complexus
est benevolentia, vt in illius gratiam
ciuibus quamplurimis, & vitam & bo-
na, benignè donaret, concederetque.
Quām eximio pretio, quantoque ho-
nore ob insignem eruditionem Syra-
cusanis fucrit Euripides Poëta, Athe-
niensibus Zeno Philosophus, Diony.
ſio iua

ño iuniori diuinus Plato , Lysymacho
regi Philippides Poëta comicus, Artaxerxi regi Persarum Hyppocrates me-
dicus , Pompeio Magno Rhodienses
professores , quos vt libenter audiuit,
ita præclaris, amplis, magnificis mun-
ribus largè effusèq; locupletauit, dona-
uit , decorauit: vt cætera penè infinita
exempla præterea, nemo nescit qui vel pri-
mis, vt dicitur , labris annalium monu-
menta gustarit, attigerit. Cùm igitur li-
teris , hoc est , doctrinæ , & eruditioni
suus vbique est honos: cùm huius vi-
tæ inopiam nulla adeò re ac bonarum
artium cognitione prospici atque
consuli potest: cùm nulla est supeller,
nulla vis auri & argenti, nulla rerum
possessio , quæ non sit insanis vagæ,
volubilis , lubricæque fortunæ ludi-
brijs præter ingenij ac scientiæ mu-
nera obnoxia atque exposita : haud
equidem video, (adolescentes optimi)
optima si ratione vestræ , aut vtilitati,
aut voluptati, in posteruni consule-
re volueritis , quid vobis accommoda-
tius, aptius, salutarius obtingere queat:
quidve ipsi vos magis expetere debea-
tis, q̄ immortales immortaliū literarū

thesauros, que solē tantum constituunt
discrimen inter doctum & indoctum,
quantum inter medicum atque ēgrotū:
inter viuum & mortuum: inter Deum &
hominem, adeò ut non omnino à vero
aberrauerit, qui dixit indoctos sola for-
ma differre à bestijs. Neque incōmodè
locum hīc habet Græcū illud, ὁ γραμμά-
των ἄπειρος βλέπει βλέπων. Certè enim
Socrat. percōtāti quódnā pulcherrimū
esset animal, respōdit: Homo doctrina
ornatus. Idem prædiuitē quendam, sed
planè ἀμυσον, rudem & indoctum, ap-
pellabat equum argēto ornatum, & au-
reum mancipium. Præterea, Diogenes
rogatus, quod onus terra grauissimum
sustineret: indoctum hominē respōdit.
Quin Aristoteles etiā, cùm quidam ex
eo quæreret, qua re different docti ab
indoctos: Qua viui, inquit, à mortuis.
Εἰνῶν γὰρ θαύματα βίος ἀμυνόμενον
χάριν. Hinc præclara illa & rege omni-
no digna Alexandri vox: Eruditione ac
scientia cæteros antecedere multò mal-
le se, quam opibus & dignitate. Tradūc
item historici Alphonsum Aragonū re-
gem literarum bonarū studijs adeò fla-
grasse, ut nō minus persanctè quā per-
ſæpe

sæpe affirmaret, velle se potius quæ pos-
sidebat perdere omnia, quām vel tantil-
lum de doctrina sua diminueretur, ita
olim vel apud potentissimos Principes
autoritate, dignitate, gloria pollebat
eruditio: quam quidē à nobis eorū po-
steris negligi, spērni, rejci, tam abest ab
humanitate, vt nihil magis humanitati
possit esse contrarium. Neque ab isto
sanè diuino eruditionis thesauro vos
deterrere debent magni labores qui vo-
bis, quò margaritam hanc adipiscamini
exanciandi sunt: imò hisce tantis fudo-
ribus ne quidē cedendum, cū illud non
ignoretis, Difficilia quæ pulchra.

Scitè Horatius, vt multa-

*Qui studet optatam cursu contingere metam,
Miles tulit, fecitque puer, sudavit & alfit,
Abstinuit Venere & Baccho.*

Sanè equidem optima quæque quod
præclariora, hoc laboribus magis expo-
sita. Quid mirum? cùm etiam omnia ea,
quæ telis fortunæ sunt proposita, non
sine maximis laboribus summisque dici
& noctis vigilijs acquiruntur, compare-
tur. Mercatori dum se suosque diuinijs
augere & fortunis locupletare studet,
nulla hyemis magnitudo, nulla frigo-

A 5

rum vis maritimos præcludit cursus: nul-
lus imber, nulla tempestas illum retar-
dat, quod minus iter constitutum ingre-
diatur, persequatur. Agricolam nulla
cœli asperitas domi continet, quin id
curat sedulò, vnde sibi suæque familiæ,
quod ad victimum attinet, prospiciat atq;
consulat. Opifex nemo est, qui non
oleum, (quod aiunt) ac operam, & stu-
diosè, & libenter, in opere conficiundo
consumat, dum ea acquirat, quæ ad vitæ
commoditatem iucunditatémque spe-
stant. Nil sine magno vita labore dedit
mortalibus, (vt inquit Poëta) nec absq;
multis sudoribus, curis, molestijs,
quæ pulchra sunt, comparamus. Cùm
idcirco nec ipsa fortunæ munera,
quæ quidem fluxa sunt, incerta & ca-
duca, cuiquam absque labore contin-
gunt: quid mirum, si virtutis, si doctrinæ
si ingenij dona, quæ nec eripi, nec surri-
pi possunt vnquam: quæ neque nau-
fragio, neque incendio amittuntur:
quæ nec tempestatum, nec temporum
permutatione mutantur: quæ adeò
firma, certa, stabilia, radicib[us]que
altis sunt defixa, vt nulla vnquam vi
labefact

labefactari possint : quæ denique res
sunt planè diuinæ , immortales , sempi-
ternæ , mortalium nemo omnium con-
sequi queat , nisi ad ea comparanda exi-
mum quoddam & admirabile studium
adhibeat ? Eleganter quidé ac perquam
festiuè Cebes ille Thebanus in dialo-
go , qui inscribitur *πίναξ* ostendit ,
viam quæ ad veram eruditionem get-
manamque disciplinam ducat , arduam
esse , asperam , saxosam , angustam , diffici-
lem ascensu , & præcipitia habentem
multa , eaque profunda , ac mirum in-
modum periculosa : per paucos idcirco
eam frequentare , illos nimis solos ,
qui in studiis laborib[us]que perferen-
dis strenuos sese præbent atque con-
stantes : post labores vero exantatos ,
susceptasque itinerum difficultates ,
viam bonam , pulchram , amoenam ,
planam , facilem , minimoque iniuiam su-
peresse , eamque non solum ab omni
malo liberam , sed omnibus etiam verè
bonis , delitiis , voluptatibus oppletam
refertam , ornata[m] , adeò ut ip[s]os qui
eò cōscenderint , beatas felices & ab il-
lius carceris ac volucris deæ telis inquisi-
tutos

tutos pronūtiet, quemadmodum re vera sunt. Etenim eruditio, cùm quis ad eam peruenierit, curat ipsum, & suam imbibere virtutem facit, vt eo modo purgatus, mala ejciat omnia, quæ ante habuerat: neinpe ignorantiam, deceptionem, errorem, malam persuasione, arrogantiam, intemperantiam, libidinem, auaritiam, luxum, furorem, fraudem, malitiam, reliquāmque vitiorum & scelerum omnium colluusionem: quibus verò extrusis & ejctis, alumni sui pectus onerat, imò verius ornat atq; compleat eruditio, scientia, sapiētia, prudētia, cognitione, fide, integritate, fortitudine, modestia, decore, moderatione, comitate, iustitia, probitate, temperantia, facilitate, liberalitate, mansuetudine, continentia, verecundia, lenitace, tolerantia rerum humanarum, fortunæ contemptione, toto denique virtutum choro: ita vt alijs iam moribus, castis videlicet ac integris præditus existat, talisque euadat prorsus, qualem formare atque effingere solet sancta & pia disciplina, quemadmodum de quibusdā Philosophis legimus, quos eruditio cō tamina

minatissimos , & omni scelere cooperatos accipiens , viros integerrimos , sanctissimos , religiosissimos cum corpore tum animo reddidit , adeò verum est quod quidam scribit . Απάντας ἡ παιδεύσις ἡμέρους πιον.

Huc facit illud Quidij:

Artibus ingenuis , quarum tibi maxima carra est,

Pectora mollescunt, asperitasque fugit.

Rursus

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,

Emollit mores, nec finit esse feros

Nullis ergo laboribus, nullis sudoribus , nullis molestiis frangi & debilitari vos oportet, dum tantum thesaurū, quoniam nihil formosius , nihil pulchrius , nihil amabilius , nihil præstabilius hominum generi dedit Deus ille Opt. Max. adipisci connitimi, sed commemoruisse debetis viam quæ primo aditu vestibulóque aspera atque difficilis apparet, postea iucundam, facilem , ac satis peruiam esse: quin & ipsos eruditionis fructus, etiā si radices sint amaræ , dulces existere atque suaves , plenissimas quidem liquidis & perpetuis voluptatibus . quod quidem certè vos ad tot tantaque κοιμήσια (duin

(dum vixent gentes, dum florent anni,
dum viget memoria) experenda, com-
paranda, recordenda, non modò non
retardare, verum etiam invitare, allecta-
re que meritò debeat. Atque vos huc pri-
mùm vocat parentum autoritas, cui nō
obtemperare, nefas quidem ac planè
impium censeo: vestræ præterea ætatis
ratio & conditio, quam quidem ne-
gligere, adolescentum est non inge-
nuorum, liberaliterque educatorum,
sed profligatissimorum & perditissimo-
rum nebulonum: amicorum denique
expectatio: quorum spem aut extenua-
re, aut decipere: adeò mehercule tur-
pe est, in honestum, indecorum, prauū,
vt nihil tetrius, nihil perditius nihil fa-
dius excogitari possit. Sed currentes
quidem, vt spero, incito, dum hæc ad
vos: qui absque mea hortatione aut
consilio, vestra nimis sponte & vo-
luntate, sacrosancta Musarum mysteria
& noctes & dies cupidissime tractatis,
versatis, meditamini: iisque vos ipfos ex-
colendos libenter datis, quò vos, ve-
strósque animos omnigena cùm pie-
tatis tum humanitatis disciplina im-
buant atque exornent: ut hoc modo &
parcn,

parentum autoritati , & vestræ condicione , & amicorum expectationi satis cumulate faciatis , respondeatisque abunde: quod quidem certè vestræ indolem, probitaté, ingenuitatem ita decet, ut nihil magis decorum honestumque vobis esse possit.

Ac cùm multi hanc vobis doctrinæ & virtutis præclaram & egregiam indolem, quæ in vobis vestro hoc ætatis tempore mirificè , penè dicam supra æatem quasi lumen aliquod elucet. congratulantur: næ ego mearum esse partium putaui, nisi vestræ omnino laudi aut inuidere aut deesse videri velim, aliquid adornare , quo meam erga vos etiam testifcer benevolentiam, tantosque vostros in lautiorum disciplinarum studiis conatus atque progressus vobis ex animo congratuler. Atque ne isthæc mea congratulatio ex verbis constet solùm, quæ pluma aut folio pteruaque leuiora sunt, operæ præmium existimavi, munusculum aliquod concinnare, vobisque mittere , quod & significacionē meæ erga vos singularis benevolentia eximijque amoris haberet nō obscuram, & vos vestrāque studia in mercatura

catura bonarum artium quām plorimū
juuet, prouehat, ornet. Quōdnam mu-
nusculum? Sanē equidem literatum, &
ex diuino Musarum sacrario profectum
superiori à me anno, dum valetudine in
cōmoda menses aliquot laborarem, ac
morbi me vis domi manere cogeret,
confectum atque elaboratum. Ac ne
multis, Gnomο heca Xenophontis est
cūm sententiis illustrissimis, tum para-
bolis siue similitudinibus lepidissimis &
cōferta & plena: quā quidē vobis legē-
do tam utilem esse optarem, quām mi-
hi colligendo fuerit iucunda: utilissi-
mam haud dubiè experiemini, si studio-
se diligentērque eam lectoriteritis: ta-
lem nimirum, unde & virtutem, & do-
ctrinam & prudentiam & eloquentiam
abunde, cumulatēque haurire possitis.
quod quidem ex ipsa lectione, vel me
tacente, facile deprehendetis, quam
vobis longè multoque familiarissimam
esse opto, & cupio.

Autoris hīc in hi essent laudes decan-
tandæ, nisi eum abunde passim iam
antea nobilitassent, celebراسent, illustreas-
sent operibus suis præclaris præclatissi-
mi

mi scriptores : quorum elogiis aliquid
de meo addere , nihil est aliud , quām
lumen inferre soli , & post Homerum ,
(vt dicitur) Iliada contexere . Quis c-
nīm nescit , Ciceronē vnicas Romani
sermoni delicias , Xenophonteis adeò
delectatum fuisse operibus , vt ille ipse
nō tantū ea sedulo legerit & peruolu-
tauerit , verūm alios ad eorū etiā lectio-
nem cohortationibus creberrimis cō-
mouerit , suaseritque ? qui idem Cicero
Xenophontis Oratoris suauissimi &
Philosophi præclarissimi sermonem fa-
tetur melle dulciorem , illiusque ore
Musas esse loquutas existimat . Huc
accedit , quòd in conuertendis huiuscē
nostrī autoris operibus è Græco in
Latinum , iste Oratorum Coryphæus
non mediocrem consumpsit operam ,
quemadmodum & ille ipse fatetur : ex
quo quidem satis elucet eximum &
singulare illius studium in Xenophon-
tem nostrum , dum eius scripta neque
supprimenda , neque paucis peruolu-
tanda , sed diuulganda passim , & ab
omnibus celebranda censuerit . Sanè e-
quidem tanta est Xenophontei sermo-
nis lautitia , munditia , elegantia , vt om-
nis eum antiquitas Αἰγαῖον μύστας cogno-

B

minarit , Præterea memoria proditum est , Scipionem illum Aphricanum virum nobilem & eruditum Xenophontis κύρου πατιδείαν (reliqua illius opera omitto) adeò probasse , ut eam nunquam non lexitans , grauataè admodum è manibus deposuerit . Certè enim vobis nimis essem molestus , si quæ de Xenophontis laudibus apud probatissimos passim existant scriptores , ea omnia in medium proferrem , cùm hunc tamen pro dignitate laudare nemo satis commodè potest .

Huic insuper munusculo aliquot pietatis honestatisque præceptorum centurias ex illustrissimis autoribus diligenter lectas addidi : quæ non modò venustate & gratia , sed etiā suo pondere & grauitate , ipsius Xenophótis axioma ta cquarent : ex iisdem nimirum philosophiæ fontibus hausta : quæ quidē quasi duces vitæ & magistræ officiorum , non tantum rudimenta & incunabula virtutis , sed ipsa etiam virtutis fastigia & culmina cùm breuiter tum commode vos edoceant : quibus si parere volatis (omnes autem velle debent quicun

quicunque bellum non indixerint virtuti) iisque ipsos vos excolendos dabitis, & vitam sanctissimè honestissimè - q; agentes, omne tempus ætatis vestræ bene, beatèque, feliciter ac sine molestia degetis perpetuò , & summam cum bonis omnibus inibitis gratiam, dum tota vita, moribúsque vestris nihil admittitis, quod non sit eximiè pudicum, integrum, pium, & ex sanctissima disciplina profectum. Valete, atque hoc vobis primùm persuadeatis velim, in uniuersitate rerum virtute nihil esse formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius: lautiore item doctrina præstantius, illustrius, præclarior nihil: quibus porrò qui prædicti sunt, ad Dei similitudinem quam proximè accedunt: quorum autem qui existunt expertes atque ignari, beluae potius quam homines existimādi sunt. Iis enim sensibus tantum valent, quos cum cæteris animantibus communes habent, oratione, ratione, & iudicio (quæ quidem ex humaniorum artium cognitione & disciplina petuntur) penè spoliati. Iterum valete. Deus Optimus Maximus vestra studia prouebat ad sui nominis

gloriam , & rei publicæ Christianæ vti-
litatem . Ex Musæo nostro
Marpurgi, decimoquar-
to Calend. Augusti,
Anno Chri-
sti nati,
1558

GNOMOLOGIAE
XENOPHONTIS,
ALPHABETI
COORDINE
digestæ.

ABSTINENTIA.

CVIDAM dicenti se insua-
uiter cibum sumere : Acume-
nus, inquit Socrates, huic rei
bonam medicinam edocet.
Et quænam, inquit, ea est? Cessare,
inquit, iubet à cibo:nā & volupiuosius,
& parcus, & valetudini cōuenientius co-
medes. Libro tertio de factis & dictis
Socratis.

Putans Socrates abstinentiam his
prodesse, qui facturi sint aliquid boni,
primò sese proferebat, vt in ea re exerci-
tatus videretur his, quibus cum versaba-
tur: subinde disputando maximè horta-
batur suos auditores, vt in abstinentia af-
fuercent, sempérque & ipse repetebat,
quæcunq; ad virtutē sint, & suis ea audi-
toribus in memoriā adducebat. Lib.4.
de fac.& dic. Socratis.

NECESSARIA enim si supersint,
haud erunt inutilia. Vestis enim cui
sit abundantior, plurimo auxilio est, &
ei qui bene valet, & ei qui ægrotat. Lib.
6. de pædia Cyri.

ADVERSAE RES.

NIHI nos aduersis rebus frangi, ac
debilitari oportet. Lib. 3. de Cyri mi-
noris expeditione.

Quicquid Diis placitū fuerit, fortiter
ac magno animo ferendum est. Ibidem.

Atqui illi ipsi Dij, & secūda elatos for-
tuna quām celerimē, cū velint, euerte-
re, & obiectos cū maximē rebus aduer-
sis conflictantur, excitare facile possūt,
Deinde verò maiorū nostrorū pericula
vobis in memoriā redigā, ut intelligatis
quales vos, quā ve in rebus aduersis vir-
tute esse oporteat, præsertim cum deorū
ope adiuta virtus, ab iniquissimis plerū-
q; & difficilimis tēporibus homines vin-
dicare consueverit. Ibidem.

Arbitror verò calamitate homines, si
rectè cōsiderauerint, prudentiores red-
di debere. Lib. 5. de rebus Græcorum.

ADVLTATIO

MISERRIMI sūt, qui argēti gratia im-
probis adulātur. Lib. 1. de reb. Græc.

ADVLT E R I V M.

Ne que hi, qui suis cum vxoribus adulteros comprehēdunt, ob hanc causam eos interficiunt, quòd illas redunt impudicas: sed quia ipsos existimāt ab eis auferre charitatem ergaviros, itaque iis ut hostibus vtrūtur. Li.3.de p.Cy.

Multæ respub. legem habent ac morrem, ut solos adulteros liceat impunè occidere, idq; eo quòd existiment illos esse corruptores amicitiæ, quæ viris intercedit cū vxoribus. In Tyrann. Xenop.

A G R I C V L T V R A.

Rex Persarum inter pulcherrima ac necessaria studia, agriculturam, & militiam duxit, ambásq; mirè absoluit. In Oeconomico Xenophontis.

Hæc tantùm narraui, ô Critobule, ut planè intelligas agriculturam, vel ab honestioribus, magnoperéque potétibus posse recipi. Habet enim hæc diligentia quandam, & animi voluptatem: insuper domus augmentum, exercitationemq; corporis, quantum homini libero fas est: ac fructibus quoque ipsius partim viuitamus, partim deorum aras extruimus, partim quoque ob coronamentorum, odorumque, obleationem, iucunditatem excipimus, fortus alios nu-

triendo, alios producēdo. Sed & pecuaria agriculturæ annexam nemo dubitat: vnde præsertim copia sacrificij ad deos placandos suppeditatur. Hęc cum latè præbeat, citra tamen mollitem, atque segnitem præbet, operarios multa patientia, & algoris, & astus, vel nudos operi assuefaciendo. Quapropter corpora vegetiora, ac firmiora viribus reddit, præterque impigros facit, & matutino surgere, properare que ad opus sua det. Enim uero ruti, sicut in ciuitate, actiones suis quęq; tēporibus ingruunt. Deinde si patriæ v̄sibus cum equo præstò esse cupis, hunc ager alerte poterit. Si pedibus, robur ad hoc corporis præstat. Tum venationibus infudare hortatur. Canibus tibi copiam, ac cæteris animalibus ministrat: quæ pasta, non minus & ipsa rus iuuāt. Equo dominus mane in aruum festinans cōtendit aliquid nunciaturus, seroque redeundi facultatem habet. Canes à fructuū, tum pecudum vastatione prohibent feras. In solitudine ac deserta regione securitatem præstant, vñaque cum armis ad ferdum dominis auxilium excitant. Colonos eadem in medio fructus carpere, ac cert

certantes currere, subſilire, iaculari inuitat. Quænam ars validiores homines præberet? quæ coléibus maiores gratias reddit, aut auidos magis exaturat, aut hospites lautius excipit? Vbi per brumā, cominus luculentior, & calida lauaca commodiora? per æſtum verò vmbbris, aurisque moræ dulciores? Vbi diis litaruris primitiæ decentiores, aut dies festi lætiiores? Quæ amantior seruis, dulcior uxori, optatiōr filiis gratiōr amicis? Mihi profecto mirum videatur, si liber homo hac dulcius diligentia, aut lætius possessione, & ad vitam commodius inuenierit. Ceterum hæc colonos ad iustitiam officiumque acuit, cum belli tempore ab operis vacantes, animo atque corpore valentes per hosticū (nisi Deus prohibeat) ruunt, prædásq; agunt, quæ operum loco victum præbeant. Nam tūtius eo tempore armis quam rustico instrumento cibum querere. Inſtruit quoque uti mutuam præstemus utilitatem. Quippe cum ad bellum conficiendum, tum ad agrum coléendum hominibus est opus: alteraque harum artium alteram iuuat, ac similitudine quadam inter se concuerint. Bonus agricola operas pa-

tère promptas, ut dux milites, comparabit. Ille in bello fortiter agentes munera habit, cedentésque de loco plectet. Nec minus hic pecuniis, castigationibus, adhortationibus vretur. Enim uero spē bona, non minus serui quam liberi mouentur, multoque interdum magis, ut sponse permaneant. Quam ob rem pulchre ille quidem, qui agriculturam aliarum artium parentem atque nutricem appellauit: qua bene habente, cetera valeant: neglecta verò, terra marique iacent omnia. Ibidem.

Homini honesto, ac bono, culturam maximè conuenire affirmauimus, unde ad victum necessaria nobis affatim suppetarent. Ipsius autem opus haud cognitu difficile, factu delectabile, corporibus salubre, iucundum amicis, minime negotium creans, quin & amicis & patriæ vacare pariter queat. Ibidem.

Rei rusticæ periti, diuites fiunt, ignari, angustia sæpe victus laborant. Ibid.

Agricultura ita humana, facilisque ars est, ut eam audientes seu videntes cuestigio intelligent. Ibidem.

A L A C R I T A S.

ALACRITAS ignauia: atque inertis omnino præstat in omni opere.

Ayuntamiento de Madrid

Lib

Lib. I. de pædia Cytii.

A M B I T I O.

MULTI non contenti ea vita parte,
quæ in voluptate est posita, cum vo-
luissent omnium esse domini, propter
ea amiserunt etiam, quæ habebant. Li-
bro. I. de pædia Cyri.

A M I C I T I A.

ATQVÆ nimis ad amicitiam condu-
cit, ex eisdem parentibus natos esse:
nimis etiam simul nutriti. Quapropter
& ferè suos socios cupiunt, & adhuc, alij
quoque homines magis illos honorat,
qui germanos habent, minúsq; eis mo-
lesti efficiuntur. Lib. 2. de fac. & dic. Socr.

Magnum bonum hominibus est ami-
citia. In Hierone.

Amicitia maximum est bonum ciui-
tibus, rēisque iucundissima mortali-
bus Ibidem.

Non homines modò, sed etiam dij
ipſi & heroes, animi amicitiam pluris,
quam corporis estimant. In conuiuio
Xenophontis.

A M I C V S.

QUI D igitur est aut iustius quam-
propulsare iniuriā, aut pulchrius,
quam amicis succurrere? Lib. 2. de pæ. Cy.
Nemo

X E N O P H O N T I S

Nemo cum sit inimicis superior, tum
est sine amicis. Lib. 4. de pædia Cyri.

Haud qui sedent amicos proximè, se-
curitatem maximè amicis præbent: sed
qui maximè enim nus inimicos fugant,
tutiores amicos reddunt. Ibidem.

Nec amicos quisquam aliter quodā.
modo pluribus in bello bonis affecerit,
quām si hostis esse videatur. Nec inimi-
cis magis alio quodam modo nocuerit,
quām si putetur amicus esse. Libr. 5. de
pædia Cyri.

At ego dum amicos diuites redbo,
hos mihi thesauros esse puto, & custo-
des simul tum mei ipsius, tum meorum
bonorum longè fideliores, quām si præ-
sidiarios stipendiarios præfecissem. Li-
bro 8. de pædia Cyri.

Quicunque sub amici nomine alterū
fallit, is, meo iudicio, multò est, quā qui
fallitur, turpior. Li. 7. de Cy. mino. expc.

Oportet eos qui amici futuri sunt, nō
ab aliis quod dignum iustumque sit exi-
gere, se ipsos verò ut potentia crescant,
aliarum rerum cupidissimos ostendere.
Lib. 6. de rebus Græcorum.

Omnium possessionum præstantissi-
ma, est verus ac bonus amicus. Lib. 2. de

Ayuntamiento de Madrid fact

factis & dictis Socratis.

Atqui qua re bonus amicus comparatus non multò melior apparet? Quis nanque equus, quodve par iumentorum tam utile est, quam bonus amicus? Aut quis seruus ita affectus & constans, aut quae possessio alia tam utilis erit? Verus nanque amicus seipsum paratum exhibet ad omnē amicorū inopiā subleuandā, siue in rebus priuatīs, siue in publicis ac si quēquā oportuerit afflere beneficiis, suā operā accōmodat: si quis metus cōturbat, simul adiuuat, illic quidē non parcēdo sumptibus, hic verò opere properans, partim persuadendo, partim cogendo. Idem secunda fortuna utentibus, multam lātitiam confert: calamitatibus verò grauatos subleuat. Quæcunque verò aut manus cuilibet suppeditant, aut oculi præuidēt, aut aures præaudiunt, aut pedes perficiunt horum omnium, nullo beneficio amicus posterior est. Nonnunquam enim quæcunq; quisque pro se ipso non faceret, aut nō videret, aut non auscultaret, hæc utique omicus pro amico perfecerit. Sed tamē nonnulli arborum quidem curam habent, fructuum causa: fertilissimum verò agrum

rò agrum, qui amicus appellatur, socor diter ac remissè colunt. Ibidem:

Nec ut tu quoque dicis, praui homines in amicitiam accepti sunt. Nam impossibile esset, malorum factores amicos effici his, qui mala odio habent. Ibi.

Sed ago, fidenter conare bonus effici, & talis effectus bonos ac honestos amicos adipisci. Ibidem.

Multò melius est amicorum, quam ouium, boum, ac hædorū gregem possidere. Lib. 2. de fact. & dict. Socratis.

Magni existimandum est, venatu amicos capere. Ibidem.

Vi amicos neque capies, neque tenebis: beneficio enim & voluptate fera hæc capitur. Ibidem.

Oportet ab amicis ea petere, quæ facile atque non inuiti faciant: tum de te bene meritis, bene referre gratiam opus est. Nanque sic maximis perennibúsque benevolentiaz vinculis mutuò sese intercipient: omniumque erit in primis gratissimum, si tua tum dederis amanti, dono cum egeat. Vides ut cibum etiam dum non appetentibus porregas, iniucundus sit, quin & saturis fastidium afferat: appetentibus vero & famescentibus etiam minus apparatiōres cœnæ sunt

sunt iucundæ. Ibidem.

Age , dita fidenter amicos , sic enim
ditas teipsum. In Hierone.

Tu verò Hermogenes , inquit Nice-
ratus, qua re maximè gloriari? Tum il-
le, Amicorum, inquit, virtute & poten-
tia, quodque tales cum sint , mei curam
habent. In conuiuio Xenophontis.

A M O R .

METVS ac lex satis sunt ad amorem
inhibendum. Lib.5.de pædia Cyri.

Amare vtroneum est. Ibidem.

Cæterum ego vidi qui fleret præ do-
lore ob amorem , & qui amatis famula-
rentur, cum prius quam amarent, maxi-
mum malum seruitutē opinarentur: qui-
que darent eorum multa, quibus priua-
ti eis non esset melius : & qui præterea
optarent amore liberari nō fecus quam
ab alio quodam morbo , neque liberari
tamen possent, sed validiore necessita-
te ligati essent, quam si in ferrea vincu-
la coniecti forent. Ibidem.

Ego scio & deos ab amore esse supe-
ratos , & homines, qui prudentissimi esse
viderentur, qualia ab amore passi sunt.
Lib.6.de pædia Cyri.

Quicunque diligitur ab aliquibus ,
Ayuntamiento de Madrid
amantes

amantes libenter hunc intuentur præsentem, libenter benefaciunt, & si quò discesserit, eius tenentur desiderio, ac reuersum summa cum voluptate excipiunt, commodis amici gratulantur, & si quid secus euenerit, opitulantur. In Hierone.

Ego sanè tam ingens bonum iudico amari, vt existimem re vera ei qui diligitur vltro bona affluere tum à diis, tum ab hominibus. Ibidem.

Amore nullus est ęstus vchémétior: est enim inexplebilis, & spem habet dulcé. In conuiuio Xenophontis.

Multò est præstantior animi quàm corporis amor. Nam sine amicitia congregatus nulos magnificiendos esse scimus omnes: diligere autem mores eorū quos miramur, necessitudo priuata & voluntaria vocatur. At eorum qui quæ corporis sunt amant, mores accusant perituli, & amasium oderunt. &c. Ibid.

A M O R F R A T E R N V S.

Qvi autem ex eodem semine sunt orti, & aliti ab eadem matre, & in iisdem mœnibus adoleuerunt, & ab iisdem delecti sunt parentibus, & eandem matrem, eundémque patrem appellant, quomodo ij minus sunt omnibus.

omnibus propinquitate præferendi ?
Nolite igitur quæ dij immortales bona
admovent ad familiaritatem fratribus,
inaniam vñquam facere , sed adhæc con-
tinuò parate alia amicitiæ opera, & ita
semper insuperabilis vobis inuicem fu-
tura est charitas. Qui fratri prouidet, se-
ipsum curat. Cui enim alij, cui frater est
magnus, adeò bonū sit, vt fratri? Quis
alius honorabit virum , qui magnis sit
viribus, ita vt frater? Quémnam timebit
quisquam iniuria afficere , si frater sit
magnus, vt fratrein? &c. Quem præter-
eà turpius est nō amare, quam fratrem?
Quem omnium pulchrius est antepo-
nere, quam fratrem ? Libr.8. de pæd.
Cyri.

Atqui nīmis ad amicitiam conductit,
ex eisdem parentibus natos esse:nīmis
etiam simul nutriti. Quapropter & ferè
suos socios cupiunt, & adhæc, alij quo-
que homines magis illos honorant, qui
germanos habent , minùsque eis mo-
lesti efficiuntur. Lib.2.de factis & di-
ctis Socratis.

Fratres verò dum amici sint, quanvis
multum vñus ab altero distet, agunt ta-
men ea , quæ profutura inuicem sunt.
Ibidem.

A N I M A , S E V A N I M V S .
PER SPICVVM est, animos esse duos: quando bonus dominatur, res agit honestas: quando autem improbus, res turpes aggreditur. Lib. 6. de pæ. Cyri.

Quantum corpori præstat animus, tantum etiam animorū certamina corporum certaminibus antecellunt. De Repub. Lacedæmon.

Atq; per pulchrum equidem videtur esse muros parare inexpugnabiles hostibus: sed ego longè pulchrius iudico parare animum & pecuniis, & voluptatibus, & metu, inexpugnabilem, & invictum. De Agesilai laudibus.

Animi elatio ac magnitudo non contumelia, sed grauitate sententiarum me tienda est. Ibidem.

Vires corporis consenescunt, sed animi robur probis in viris senectutem pati non potest. Ibidem.

Hominis etiam anima, si quid aliud mirum natura diuina participat. Nam illam in nobis dominati manifestū est, videtur autem minimē. Li. de fa. & di. Soc.

A N I M I I M M O R T A L I T A S .

NULLO modo ego filij, ne hoc quidem mihi vñquam persuasi, vt animus

mus viuat dum fuerit in corpore mortali: cùm verò ab hoc solutus fuerit, moriatur. Video enim eum corpora mortalia, quantū temporis in his sit, viua præstare. Neque sanè animus, mea sententia stupidus est atque insipiens, cùm separetur à stupido insipientique corpore: sed cùm mens mera ac pura ab eo discreta fuerit, tum etiam consentaneum est ipsam maximè & vigere & sapere. Cùm verò homo dissoluitur, minimè est obscurum abire singula ad cognatam speciem ac suam, animo tamen excepto, qui solus neque dum adest, neque dum abest videtur. Cogitate præterea, nihil esse morti somno similius. At hominis animus tum scilicet maximè diuinus perspicitur, & tum futurorum aliquid prospicit: in somno enim, ut videtur, maximè liber redditur. Lib.8. de pædia Cyri.

A R T E S.

ARTEs sunt bonorum fontes. Lib. 7. de pædia Cyri. Cùm quidam Socratem interrogasset, quid ei videatur optimum homini: studiū respondit optimè agendi. Cùm autē rutiā petisset, si etiā secundum fortunam studium

putet esse: Tantum, inquit, contrariam
ego futuram & actionem esse puto.
cum enim non quæri tanti quicquam
boni cuiquam occurrat, secundum for-
tunam hoc esse. Cum verò doctrina ac
exercitatione bene quis agat, hanc bo-
nam actionē esse arbitror: quique hoc
meditantur, hi mihi bene agere viden-
tur. Optimos quoque ac Deo amabiles
illos esse aiebat, qui in agricultura qui-
dem, quæ agriculturæ sunt, in medici-
na, quæ medicinalia sunt: in repub. quæ
ciuilia sunt, bene agant. Illum verò, qui
nihil eorum bene agat, nec Deo amabi-
lem, nec in aliquo esse utilem aiebat.

Lib.3.de factis & dictis Socratis.

A V A R I T I A.

INIMICITIA, atque cupiditas plus
habendi, atque inuidia odium parit.

Lib.2.de fact.& dic.Socrat.

B E A T I T V D O , S E V F E L I C I T A S .

PIVS semper ac religiosus in
deos erat Agesilaus, ratus ho-
nestè viuentes nondum feli-
ces esse, sed quæ diem præcla-
rè obit

rè obiüssent, eos iam beatitudinem assecutos. De Agesil. laudibus.

B E L L V M.

Qui bellicas res exercent, nō hoc laborant, vt à præliis nunquam vacent, sed quia putant etiam hi, si terū bellicarum gloria excelluerint, futurum vt multas opes, multam felicitatem, maximosque honores & sibi comparent & Reipub. Lib. 1. de pædia Cyri.

Prælia animis longè magis, quam viribus corporum iudicantur. Lib. 3. de pædia Cyri.

Lex est inter omnes homines perpetua, quando belligerantium vrbs capta fuerit, cuncta eorum esse qui ceperunt, & corpora eorum qui in vrbe sunt, & pecunias. Lib. 7. de pædia Cyri.

Non ideo bellum suscepimus est, vt aliquis iniuria afficeretur, sed vt iniuria affectis opere ferret. Li. 5. de reb. Græc.

Atqui ad sapientes spectat quandoque bellum soluere, etiam si non parua intercesserit offensa. Li. 6. de reb. Græc.

Si itaque fatis ac deorum voluntate bellum inter homines quandoque concitat, decet sub initium illi totis incumbere viribus: inde eo peracto, si possibile est, quam celerrime soluere. Ibid.

Bellum sanè formidabilis res est. In Hierone.

Profectò fallendi arte nihil utilius est in bello: quando enim vel pueri in suis lusibus quæ possunt ad fallendum prætendant, ut cùm pauca habeant, multa habere videantur, & contrà cùm multa prætendant, pauca videantur habere. In Hipparchico.

B E N E F I C E N T I A.

B E N E F I C E N T I A profectò instrumentum vel maximum est ad aīorē prouocandum. In Oeconomico.

B E N E F I C I V M.

N V L L V M est beneficium hominibus erga homines gratius, quām quod ab eodem sit viēitandi sumptu, ciboru potuūmq; collatio. Lib. 8. de pæd. Cyri.

Qui gratis beneficium suscepēre, hi iucundè semper beneficio inseruiūt, ob temperant, obsequuntur, tum quia beneficio sunt affecti, tum quia priūs crediti sunt digni esse, qui gratiarum depositū tuerentur. Li. de Agesil. laudibus.

Quicunque bene suis fecerit necessariis, huic boni sient amici: quicunque non affecerit huiusmodi homines beneficiis, propter ingratitudinem ab his

his odio habebitur. De fact. & dict. Socrat. Libro quarto.

BONVS VIR.

SVFFICIENS viri opus atq; pulchrū est, si curare quis queat, vt & ipse honestus ac bonus omnino sit, résque ad viētum necessarias, tum ipse, tum famuli habeant abundē. Lib.1.de pædia Cyri.

At boni vbi viderint vitiosos ignomina affectos, longè magis animati virtutem capeſſent. Lib.2.de pædia Cyri.

Viros bonos ac præclaros putandoſ esse indubitato felicissimos, malos autem & famoſos omniū miferrimos duci oportet. Lib.3.de pædia Cyri.

Honesti atq; probi viri etſi cupiunt & aurū, & equos bonos, & mulieres pulchras: ab his tamē omnib⁹ facile queūt abstinere, vt non his magis quam deceat subditi ſint. Lib.5.de pædia Cyri.

Nihil enim ad perfectionem ſufficit fieri bonos viros, niſi quis viſque ad finem curet in bonitate perſeuerare. Lib.7.de pædia Cyri,

Probi nil vñquam iuſtē aut iniquē perpetrant, prauiverò ſi quid mali age- re nitantur, id vt clanculum fit, conan- tur. Lib.7.de reb. Græco.

Qui tolerantia antecellit, vbi labo-
randi sit tempus: & robore, vbi fortitu-
dinis sit propositum: & mente, vbi con-
silij opus adsit, hic profectò videtur mi-
hi iure optimo vir bonus apprimè pu-
tandus. De Agesilai laudibus.

Velim scias hanc esse ad virtutem bre-
uissimam, securissimam, optimamque
viam, in quo cunque volueris bonus ap-
parere, in eodem effici quoque bonus
conari. Lib. 2. de fact. & dict. Soc.

Virorum bonorum facta, non modo
seria, verum etiam iocosa, mihi memo-
ratu digna esse videntur. In conuiuio.

C I V I S.



Thomines ciues alienis præ-
ferendi sunt: & qui vñā sunt
aliti, iis qui cōtubernales nō
sunt. Lib. 8. de paedie Cyri.

C I V I T A S.

CIVITAS, in qua maximè ciues legi-
bus pareat, & in pace beata, & bel-
lo inuicta est. Li. 4. de factis & dic. Soc.

Sine concordia neque ciuitas bene
gubernabitur, neque domus bene ha-
bitabitur. Ibidem.

COGNOSCERE SEIPSVM.

I^PSVM te noscens, es felix futurus.

Li.7.de pædia Cyri.Dic mihi, ô Eu-thydemus, ait Socrates, fuisti ne vñquam apud Delphos? Et bis, inquit, me herclé. Considerasti itaque, ait, in templo scriptam illam diuinā sententiam, COGNOSCERE SEIPSVM. Ita, inquit, vtrū, ait, nihili illam fecisti, an conatus fuisti te ipsum quisnam sis, cōsiderare? Non inquit, me herclé. Putabam enim bene hoc scire. Nam si me ipsum ignorarem, quid aliud scirem? Vtrum autē se ipsum ille cognoscere tibi videatur, qui nomē suū solum sciāt, an ille qui se ipsum considerat, quisnam sit, quantūmque in rebus humanis, ac vsu eorum valeat? Quemadmodum illi qui equos emunt, non anteā putant scire, quęcunque cognoscere velint, quam cōsiderent, vtrū bene domitus, an effrænatus, & fortis, an debilis, & citus an tardus sit, ac in aliis quónam modo se habeat, in quibus equum valere oporteat. Sic mihi vide-tur, inquit, vt tibi. Qui nanq; se, quantum valeat, nescit, se ipsum ignorat. At Socrates: Hoc quoque manifestum est, inquit, quod prōpter sui scientiam ho-

mines multorum bonorum, sicut propter ignorantiam multorum malorum causa fiunt. Qui nanque se cognoscunt, quæ sibi cōueniant sciunt, ac discernūt quæ possunt: quæ verò non possunt, efficere: & cùm agant quæ sciunt, perficiunt ea quibus indigent, & feliciter vivunt, cùmque ab illis abstineant, quæ ignorāt nec in aliquo peccant, nec male agunt. Quapropter cæteris hominibus possunt bene consulere, bona quidem eis adferendo, mala verò repellendo. Qui verò se quantum valeant ignorant, ineptè se habent, & aduersus cæteros homines, & ad res humanas: nec quibus indigeant sciunt, neq; quid agant, neque quibus vtantur: sed his omnibus frustrati, bonis priuantur, atq; in mala incidunt: & illi quidem qui sciunt quid agant, cùm res quas velint, obtineant, honoribus afficiuntur. Itaq;, tum illi, qui eis similes sunt, libēter eis vtuntur, tum illi qui frustrantur à rebus propositis, cupiunt eos consulere, ac sibi eos præficiunt, spémq; totam suam in eis collocant, maximéq; eos propterea diligūt. Qui verò ignorant quid agant, frustrati à re proposita nō solùm damnantur, & pœnis afficiuntur, sed etiam in ignomi-

niam incidentur atq; derisum, neglectum;
vivunt, atq; contempti. Vides autem etiam
ciuitates quaecunq; suae conditionis igna-
ræ, fortioribus inferat bellum, alias de-
populari, alias ubi liberæ erat, ad serui-
tutem redigi. Tunc Euthydemus: velim
inquit, o Socrates, scias, valde mihi vi-
deri magni faciendum esse, seipsum co-
gnoscere. Lib. 4. de fact. & dict. Socrat.

C O N C O R D I A.

C O N C O R D I A maximum esse ciuita-
tibus bonum videtur, pluriſque &
senatus, & viri optimi ad eam ipsam hor-
tantur, totaque in Grece lex posita est,
ut ciues ad concordiam iure iurando con-
ueniant, atque ubique id inter se præ-
ſtent. Lib. 4. de factis & dict. Socratis.

C O N S T A N T I A.

E X I S T I M A T E magnas voluptates
præberi constatia, &c. Li. 3. de pæ. Cy.

Cum quispiam in amici calamitate con-
stans permanet, id omni æuo memoria
retinendum erit. Lib. 4. de reb. Græco.

C O N V E R S A T I O, S E V
C O N S V E T U D O.

Q V I C V N Q V E ad labores ma-
li socij sunt, ad habendi verò au-
ditatem vehementes, impudentesque
Ayuntamiento de Madrid
qui sese

hi sese ad res improbas duces prestant. Possunt enim se per numero demonstrare plus haberi per malas actiones. Itaque huiusmodi homines omnino à nobis sunt expellendi. Nec est item considerandum vobis, quomodo ex ciuibus ordinibus suppleatis, sed quemadmodum equos queritis, non qui patrij sint, sed qui optimi, sic etiam homines queritate. Ex omnibus, inquam, hominibus, quoscunque arbitremini & robori vobis ornamentoque maximè futuros, hos sumite. Lib.2.de paed. Cyri.

Agesilaus consuecebat cum omnis generis hominibus colloqui, uti autem bonis solùm. In oratione de Agesilau.

Fatres etsi sobrios sciāt liberos suos, prauorum tamen hominum colloquia eis prohibent, quasi bonorum hominū conuersatio exercitium sit virtutis, prauorum verò destructio. Testatur autem hoc etiam quod dicit Poëta: Bona quidem disces à bonis: quòd si te misceas prauis, amittes etiam insitam mentem.

Lib.1.de fac.& dic. Socratis.

In cōuersatione verò quis volet cum ipso conuersari, qui cibo & potu, ac in certicibus potius, quam amicis affectus sit? Ibidem.

C O N T E N T I O.

HOMINES partim quidem ad amici-
tiam naturaliter propensi sunt: ete-
nim alter altero eget, ac inuicem mise-
rentur, & vtilitatibus inuicem affecti,
gratias mutuò agunt. Partim verò ad
inimicitiam: cùm enim eadem bona at-
que iucunda putant, de his contendūt,
& dissentientes contrariantur. Hostile
nanque contentio & ira est. Libr. 2. de
factis & dictis Socratis.

Oportet itaque conari contentiosos
fugere, mites verò persequi. Ibidem.

C O N T I N E N T I A.

OMNEM hominē oportet, cùm con-
tinentiam sciat virtutis fundamen-
tum esse, hanc primū in animam de-
ponere. Quis nanque sine ista aut quic
quam disceret bonum, aut exercitatio-
ne perciperet? Aut quis voluptatibus
seruiens, nō omni turpitudine corpús-
que animámque suam polluet? Mihi
enim me herclē videtur optabile esse li-
bero viro, nec seruum talem habere.
Lib. 1. de factis & dict. Socrat.

Videtur optimum omnium esse con-
tinentia. Lib. 4. de fact. & dict. Socrat.
Soli

Solis cōtinentibus licet ea cogitare,
quæ optima sunt, & dicere, & facere, ac
rerū quidē discrimina, & secūdū genera
disgregare, bona eligere, mala seclude-
re, quō optimi atq; felicissimi reddātur
& bonorū docti ratiocinatores. Ibidē

C O N T V M A C I A, S E V I N O B E D I E N T I A.

OMNES, qui per se pastores vocan-
tur, horum animalium quibus præ-
sunt, non absurdè principes existimantur:
videréq; videbantur omnia hæc ar-
menta faciliùs adduci, ut pastoribus pa-
reant, quām principibus suis homines.
Nam & pergunt armenta quo cūnque à
pastoribus dirigantur, & in iis regioni-
bus pascuntur, quō acta ab illis fuerint,
& ab iis abstinent, à quibus arceantur:
& quos fructus produxerint, sinunt his
vti pastores pro voluntate. At ne vllum
quidem armétum vnquam accepimus,
quod in pastores insurgeret, quō aut
minus eis obtemperaret, aut fructuum
vsum prohiberet. Quin difficiliora in
alienigenas omnes præstant se armen-
ta, quām in hos quos & præsides habēt
& fructibus suis fouent. Homines verò
in neminem magis, quām in illos insur-
gunt, quos imperium senserint moliri
aduersus

aduersus se. Lib.1.de pædia Cyri.

C O N V I C I V M.

C O N V I C I I S nihil est auditu insua-
cuius. In Hietone.

C O R P V S H O M I N I S.

V B r à corpore migrauerit animus , in
quo solo prudentia consistit, corpus
simul ac fieri potest, quāuis familiariss.
hominis sic, conātur abscondere: dūm-
que adhuc homines viuant , quicquid
corporis sui, quod longè plus omnibus
amāt, inutile esset, vngulas, capillos, cal-
los ceteraq; superflua corporis & ipsi in-
cidētes p̄iiciūt, &c. Li.1.defac.& dic. So.

Si verò velis corpore etiā fortis esse,
subiiciēdum est animo corpus, ac exer-
cendum in laboribus atque sudoribus.
Lib.2.de fact.& dict. Socratis.

Velim scias, nullam ad rem exequen-
dam tibi corpus futurum impedimēto,
si viribus recte valeas. Ad quāuis enim
peragenda, corpus huiusmodi perutile
est: in omnibꝫque corporis usibꝫ mul-
to differt robore ne valeas, an imbecil-
litate interpellēris. Quæ quidem ad in-
genium spectant, et si minimè putas cō-
merciū habere cum corpore , sit ta-
men ut à corporis imbecillitate impe-
diantur. Nam oblitio, inceps, furo-
duricēsque animi nonnunquam a cor-

poris mala valetudine oboriuntur. Qui
bus verò corpora rectè valeant, nullum
inde ad mentem periculum redundat.

Lib.3.de factis & dict.socratis.

C V R A D O M E S T I C A.

NOLI ô Nicomachides, patui pende-
re homines œconomicos, inquit
Socrates. Cura nanque rerum priuata-
rum multitudine solum à reipub. guber-
natione differt, in cæteris verò similes
sunt. Lib.3.de fact.& dic.socratis.

Nemo suam priuatam bene domum
habitet, nisi omnia sciat quibus opus ei
fuerit, omniāque diligenter acquirat.
Lib.3.de factis & dictis Socratis.

Modestorum & viri & fœminæ fuerit
rem familiarem cōtinuò reddere melio
rem, ac aliis iustè partis facultatibus au
gere. In Oeconomico.

Quoniam verò vtraque hæc & extra
& intra domum diligentiam expetunt,
mihi videtur Deus naturā mulieris ad
curam intus suscipiédam in lucem pro
tulisse: molliorēq; corpore, vt intra pa
rietes officium obiret. At viri corpus
animūmque, frigora, æstus, itinera, ex
peditiones facile tolerare constituisse:
qua propter illi foris res agendas dele
gasse

gasse. Rursus illas ob infantium curam maiore erga liberos charitate, tum ad custodienda, quæ à viris parta essent metu vehementiore, qui rebus afferuandis utilis foret, præditas esse noluit. Viro in super, cui tueri extranea facta incumbit ac oppugnati resistere, maiorem addidit audaciam, memoriā verò ac diligētiā parem, atque in medio posuit, qua pro suo quisque officio cùm dando, tum accipiendo usurus esset. Eadem ratione & abstinendi ab his quæ oporteat rebus, utrisque facultatem æquè concessit: qui verò probatior, hic longè meliora ad coniugem afferet. Quas igitur ob res, cùm hominum natura utriusque non sufficiat officio, ea potissimum causa inter se matrimonio deuineti sunt, si bi invicem hoc pacto utiles, ut quod alteri deesset, alter suppeditaret. Ibibem.

Innatum est homini sapienti, quemadmodum filiorum, sic possessionum amore teneri, earumq; cura oblectari. Ibi.

C V R I O S I T A S.

M^v L T I res alienas curiosius inuestigantes, seipso examinare negligunt. Lib. 3. de fact. & dict. Socratis.



L L V D minimè ignoratis,
me nō solū in magnis rebus,
sed etiā in paruis semp à dijs
immortalibus initium facere.

Lib.1.de paedie Cyri.

Noui te dicere semper solitum, haud
fas esse à dijs petere, neq; victoriā eos
equestri pugna, qui equitare nō didicis-
sent: neq; sagitte ignaros, superare illos
sagittādo, qui huiusmodi peritiā callēt.
neq; gubernandi imperitos optare na-
viū salutē gubernādo: neq; eos qui fru-
mentū nō leuerint, sibi precari triticum
pulcherrimū nasci: neq; salutē petere, q
sibi in bello nō cauerint: h̄moi enim o-
mnia esse pr̄ter diuina instituta. sed qui
optāt nefasta, dicebas cōsentaneū esse
hos & quē à dijs optata nō cōsequi, atq;
ab hoībus nō adipisci, q̄ illicitarogāt. ib.

Sciūt dij immortales omnia & præte-
rita, & pr̄sentia, & quē sunt ex ijs sigil-
latim euētura. Ibidem.

Deos nihil latēre potest. Lib.7.de Cy-
ri mino.expeditione.

Dij nō adeò iniusti sunt, vt nobis ppe-
tuò irascantur. Lib.2.de reb. Gr̄co.

Dij scelestos, impios, & iniustos mini-
mè negligūt. Lib.5.de Cy.mino.expc.

Deus ut cernere licet, s̄epius homines extollere, potēt̄sq; deprimere gaudet. Libro 6. de Cyri mino. exped.

Socrates credebat deos curam hominū habere, eos omnia scire, ac vbiq; adesse. Lib. 1. de fact. & dict. Socratis.

Quātō tibi maiores esse dij vidētur, tātō magis colēdi ac adorādi sunt. Ibi.

Nū putas, tuū quidē oculū posse ad multa v̄sq; passuū millia puenire, diuinū aut ē oculū impossibile esse simul totū cōspicere? Aut tuā quidē animā de his q̄ apud diuersas regiones gerūtur, aut Athenis, aut in Sicilia, siue apud Ægyptios posse cogitare: prudentiā verò diuinā omnia simul, nō posse curare? Ibi.

Deus ille, qui totū orbē ordinat, atq; cōtinet, in quo oīa honesta, bonāq; sūt, quīq; eū semper eis vtamur, semp nihi lominus recētia, fana & immortalia ea nobis dat citiūs, quàm homo cogitet, & absq; defectu nobis administrat, hic maxima quidem intelligitur operās, hoc verò totū gubernans, inuisibilis nobis est. Lib. 4. de fact. & dict. Socrat.

Quis nanq; compos mentis à quam alio maiora speraret quàm à dijs, quàm maximē nobis prodesse possunt? Hæc verò sperare ab eis illum opor-

et, qui eis placet: ille aerò eis placebit,
qui quām maximè illis obediat. Ibidē.

Supplicijs sufficientur, qui à dijs im-
positas leges transgrediuntur, quæ qui-
dem nullo modo est homini possi-
bile aufugere. Ibidem.

Cœlestia omnia, & quæ dij machinē-
tur , scrutari dehortabatur Socrates.
Neq; enim hominibus facile est ea ad-
inuenire : neque dijs eos facere grata
arbitrabatur, qui ea quærant , quæ ipsi
dij in promptu & manifesta esse nolue-
runt. Quòd si quis esset, qui ea studio-
sius sectaretur, hunc non minus quām
Anaxagoram fore in periculo insanien-
di, qui quidem quod nimium efferretur
in orbis machinæ dispositione explicá-
da, insaniuit. Ibidem.

Rectè autem cogitationibus nostris
tunc dij aduersantur, cùm illa quæ fugiē-
da sunt, expetenda nobis videntur. In a-
pologia pro Socrate.

Omnem à dijs actionem potissimū
auspicari oportet tanquam pacis ac bel-
li studijs imperantibus. In Oecono.

Plectit Deus inconsideratos. Ibid.

Iucundum mihi apprimè videtur, ma-
gnificè deos honorare: amicis deinde,
si quid opus, subuenire, rem publicam
quoque

quoq; per me nihil egere permettere.
Ibidem.

Primum precandum est à dijs, faciēndis sacrificijs, vt illud tibi largiantur, ea vt sentias, loquaris, & agas, quæ gratissima ipsis sint: tibi autem amicis, ac reipub. minimè molesta: summéq; gloriofa ac vtilia aggrediariſ. In Hipparchico.

Credibile est autem deos ijs consulturos, qui rebus etiam prosperis eos venerantur & colunt. Ibidem.

Nemo est qui ignoret, tum Gr̄cos, tum barbaros in ea esse sententia, vt pent deos omnia scire, & instātia, & futura. In conuiuio Zenophontis.

Dij vt veri simile est, virtute, bonitate, & probitate delectantur. Ibidem.

Quę enim Dei voluntate suscipiūtur, ea par est meliores feliciorēsq; euentus habere. In Poro.

D I V I T E S.

Quo s pauperes, ait Socrates, quós ve diuites appellas? Illos qui non habent quæcunq; eis ad illa sufficiant, in quibus cōtribuendum sit pauperes: qui verò plus quam sufficiat, habeant diuites. lib. 4. de fact. & dict. Socratis.

D I V I T I A E.

MVLTI vbi diuitias, quas maxim³ optabāt, adepti essent, propter il^las perierunt. Lib.1.de pæd.Cy.

Nō enim ita molestū est, bona nō ha^buisse, quām hūc qui bona habuerit, ijs priuari molestū. Lib.7. de pæd. Cyri.

Ego nō eos felicissimos duco, qui pecunias plurimas habeāt, & possideāt (hoc enim pacto qui muros custodiūt, essent felicissimi, quippe qui omnia que sunt in vrbibus custodiūt) verūm qui & cōparare plurimas pecunias iustē possit & ijs vti honestē plurimis, hūc ego felicē esse puto, eiūsq; pecunias. Lib.8. de pæd.Cyri.

Nequaquā ita iucundū est habere pecunias, vt molestū eas amittere. Ibid.

Necessē est qui multa possidet, eū facere multū etiā sumptū. & erga deos, & erga amicos, & erga hospites. Qui igitur valdē pecunijs delectatur, certò scito hūc etiā valdē tristari, si sumptū faciat. Ibidem.

Hęc d^r viri amicissimi, oīa oportet vos arbitrari, nō magis mea esse quā etiā vestra. Ego em̄ hęc cōgero, neq; vt ipse impediā neq; vt ipse cōsumā (nec enīm

enim possim id facere) sed quò habeam
quod sim ei daturus, qui è vobis pulchri
aliquid fecerit, & quo si quis vestrū exi-
stimauerit rei alicuius indigere, si ad me
veniat, accipiat, quod ei sit opus. Ibid.

Heraclid. nugas esse arbitrabatur oīā
prēterquā argētū quo quis modo partū
habere. Ego verò nihil homini cuius,
ac p̄cipuè ei qui in alios īperiū habeat,
villas opes existimo pulchriores, aut ho-
nestiores, quām virtus sit, iustitia, animi
magnitudo: que qui possideat, cū ei tā
multi amici sint, ac tā multi esse cupiāt,
non potest nō diuitijs plurimū abūda-
re: neq; omnino is in secūdis qui gratu-
lētur, in aduersis qui opē ferat, requirit.
Lib. 7. de Cy. mi. exp.

Agesilaus pecunijs certè nō iuste mo-
dò, verū etiā liberaliter vtebatur: cen-
sebat enim iusto quidē homini fatis es-
se ab alienis abstinere, liberalē autē de-
cere sua etiā ad vtilitatē hominū cōfer-
re. In oratione de Agesilai laudibus.

Socrates dicebat stolidū esse eum
qui cū non discat quę vtilia, quęve nou-
zia sunt, putat ea posse discernere: sto-
lidūque, qui cū nō potest discernere ea propter diuitias arbitretur posse,
sibi conducat peragere. Item qui

non potest quæ conducant agere, illaque agere putet, & sufficienter ad bene viuendum paratum. Stolidum quoque illum esse aiebat, qui cùm nil horum sciat, putes propter diuitias bonus posse apparere: aut cùm non possit bonus apparere, nihilominus arbitretur posse honores adipisci. li. 4. de dict. & fact. So.

Multi vero qui confusi potentia, maiora quam possint facere conati, in multa incident pericula. Multi etiam propter diuitias molles effecti & pigri, insidijs pereunt. Ibidem.

Neque argentum utile est nescientibus vti. In Oeconomico.

Existimo hominum diuitias aut paupertatem non in domibus esse, sed in animis. Video enim multos idiotas, qui cùm multa admodum possideant, ita tamen se pauperes putant, quò suas ageant opes, & plura acquirant: ut queuis laborem ac quodvis periculum subbeant. Noui etiam fratres, quorum patrimonia essent paria, alterum quæ satiis essent habere, præterque sumptus superare, alterum vero omniū egere. Audio etiam tyrannos quosdam sic esuriere diuitias ut multa moliatur indigniora quā cętissimi. Nā ppter indigentia alij

alij furantur, alij parietes diruūt, alij plagiarij sunt, liberōsq; pro mancipijs venuunt: sūntq; nonnulli tyranni, qui totas domos euertunt, complures occidunt, sēpe etiam totas ciuitates in seruitutē redigunt causa pecuniæ, quorum quia graui morbo laborant, magnopere me miseret. Similiter enim eis accidit: vt si quis cū multa possideat multāq; edat, nunquam tamen expleatur. Ego verò, inquit Antisthenes, tam multa habeo, vt ea vix ipse reperiam, tamen satis mihi est cūmedo ad famem explendam, & cū bibo ad sitim restinguendam, & ad corpus contegendum: vt foris nihilo plus quam Callias iste ditissimus frigeam, & cūm domi sum, parietes mei mihi calidæ tunicæ, & recta crassæ admodum vestes esse videntur. Stratum autem meum ita mihi satis est, vt difficile sit me vel è somno excitari. In conui.

Maximum autem in meis diuinitijs illud esse arbitror, quod si quis quæ nūc habeo auferat, nullā arbitror tantā accidere posse calamitatem, quæ cibo parabili me priuare possit. Ibidem.

Domos quoq; cū diceret Socrates easdem esse bonas atq; vtiles, docere mihi videbatur quales oportet edificare. Vtrū enim aiebat, illū qui habitaturus est qualem deceat domū, hoc cōsiderare oportet, vt quam delectabilis & vtilis habitatibus sit? Cūm verò hoc cōcederetur, delectabile itaq;, dicebat est, in æstate frigidam illam habere, in hyeme autem calidam. Cum autē etiā in hoc consentiret, in domos igitur, aiebat respicientes meridiē, in hyeme solares radij ingrediūtur: tempore verò æstiuo cūm sol supra nos & per tecta eat, vmbra in reddit. Si itaq; bonum est sic ista fieri, oportet altiora quidē quæ meridiem respiciūt ædificare, vt sol hyc malis non excludatur: humiliora verò, quæ Aquilonē, vt frigidi nō incidat venti, & vt uno verbo dicam, vbi omnibus horis ipse libenter refugiat, suāmq; suppellectilem securè deponere possit, ista profectò maximè delectabilis, ac optima domus esset. Lib.3.de fact.& dict. Socratis.

E D V C A-

Ayuntamiento de Madrid

E D V C A T I O .



ONESSTA enim educa-
tio docet uti legib. dicere de
reb. iustis & audire. Quò fit ut
nūquā ad aliquod negotiūniti
& institui recusent, & sibi ipsis doctrinā
laboriosāq; studia vēdicēt, suę verò rei-
pub. salutē. Qui verò nō in labore doce-
ri, sed in voluptatibus importunis dege-
re volūt, hi natura pessimi qui nec legi-
bus nec recte dictis obediūt. Nā quia
laborē nesciunt, rē qualem vitum bo-
num esse oporteat, non inueniunt. In
Lib. de venatio.

E R R A T A .

PRIVATORVM quidē hominū
errata modestè ferebat Agesilaus,
principū verò magnā cēlebat iudicabat
enim ab illis pauca, sed ab hisce multa
maia disponi atq; cōstitui. De Agesilau.

Nullū est opus, in quo nō accusentur
homines. Difficile nanque est ita quic-
quā peragere, ut ni hil erres. quòd si etiā
sine errore quisquā aliqd pagat, diffici-
le est nō iniquū iudicē reperire. Lib. 2.
de fact. & dict. Soc.

In omnib. hominē esse sapiētē nō est
possibile. Lib. 4. de fact. & dict. Socr.

Ayuntamiento de Madrid

E X E R .

EXERCITATIO.

Exercitatio ne recalescūt mēbra
& humor euocatur: cōtrā verò efficit
quies & tarditas, vt sanguis quasi gelu
cōcretus intabescat. libro 5. de Cyri mi-
ris expeditione.

Nonne certò tenes, eos ipsos qui na-
tuta ipsa corporis imbecilles sunt, per
exercitationem tamen multò fortiores
ad ea quæ meditantur, effici, ac faciliùs
ea sustinere, quam illos qui corpore for-
tissimi, inexercitati tamen sunt? Cur igi-
tu r me quoque non opinaris per exer-
citationem omnia posse sufferre faci-
liùs te non exercitato? inquit Socrates.
lib. j. de fact. & dict. Socratis.

Mīhi nanque videtur, omnia quidem
bona ac honesta exercitatione homi-
nes consequi posse. Ibidem.

Et sese exercenti magis succrescit ro-
bur, & in his quæ ad bellum pertinent,
ornamentum prouenit, tum res familia-
ris augetur. In Oeconomico.

Exercentem sese, & in re diligentem,
necessè est bonorum quoque compo-
tem fieri. Ibi.

F A M A .

VIRTUTI verò atque bonæ gloriæ ne bona quidem omnia Syrorum Assyriorumque tuis addita bonis, præferenda sunt. Lib. 5. de pædia Cyri.

F A M E S.

Qvis est adeò fortis, aut quis ita validus, ut possit aduersus famem ac frigus militans pugnare? Lib. 6. de pædia Cyri.

Satius est egregiè pugnando periclitari, quam tanta rerum premi indigenitia. Lib. 7. de rebus Græcorum.

F A M V L V S.

IN V T I L I S, pfecto & famulus & exercitus simorigerus. In Lib. de re equest.

F I D E S

IN felicitate fidem seruare nil arduum esse videtur: verum cum quispiam in amici calamitate, constans permanet, id omni quo memoria retinendum erit. Lib. 4. de rebus Græcorum.

Cui minimum habetur fidei, qui fieri potest, ut nō in magno bono cæteris sit inferior? Nam quæ tandem cōsuctudo

do iucūda est, si desit fides mutua? Aut quis cōuiētus viro cū uxore possit esse iucūdus, si neuter alteri fidat? Imò quis famulus hero iucūdus si illi diffidat? In Hierone.

F O E D V S.

NI H I L fœderū, pæctorū, ac promis-
sorum omnium religione antiquius
habendū. Lib.i.de Cyri mino.exped.

F O R M A.

FO R M A natura est quiddā regale,
Fpresertim si cū pudore & temperātia
fuerit coniuncta. In conui.

Noli amplius dubitare, quin forma
hominibus prospicit. Nec verò hac ratione
vituperāda forma est, quòd citò deflo-
rescat, nā vt puer est formosus, sic etiā
adolescēs, sic vir, sic senex. Hoc decla-
rāt Mineruę θαλλοφόgoi (ramigeros va-
care possumus) qui semper eligūtur for-
mosi senes, tanquam quas per omnes
ætatis gradus forma sit comitata. Ibid.

F O R M O S V S.

IL L V D certè magnum est ob quod
gloriari possint formosi quòd robu-
stū neceſſe sit laborare, si bona accui-
rere

Fere velit, fortē periculis se obijcere, sapientē oratione vti: at formosus vel in summo ocio omnia cōficit. In conui.

Formosi nescio quid inspirāt amori deditis: vt eos in largitionibus liberaiores, in periculis magis industrios, & honesti appetentiores efficiant. Ibid.

Formosi nō cogūt vt homines se amēt aut cupiāt que nō debet: sed flagitious homunctiones cupiditatibus omnibus se præstāt inferiores, deinde amores accusant. &c. Lib. 5. de pēd. Cyr.

Ne sinas in pulchris oculos tuos versari quod ignis quidem vrit homines tangentes, ac formosi eos etiām accendūt, qui se procul spectant, vt propter amorem æstuent. Ibidem.

FORTUNA.

FORTUNA sc̄pius minimē est tentā F da egregio perpetrato opere. Lib. 6. de reb. Gr̄co.

Fortuna ferē corporis & animi fortitudinē comitatur. Lib. de vena.

FRAVS.

Nisi credētes decipere, sapiētię esse iudicabat Agesilaus credentes verò fallere impietatis. De laudib. Agesilai.

Ayuntamiento de Madrid
Profecto

Profectò fallendi arte nihil utilius est in bello: quando enim vel pueri in suis lusibus quæ possunt ad fallendum prætendunt, vt cùm pauca habeant, multa habere videantur, & contrà cùm multa prætendant, pauca videantur habere, cur tandem viri, si in fraudibus & fallacijs studium ponant, non possint ista eadem machinari? Nam si victorias, quæ bellis obtinentur, consideremus, plurimas & maximas arte & fallacijs partas esse reperiemus. In Hipparchico

F R V G A L I T A S.

Agesilaus sic sumptus æquabat censibus, vt nihil iniustum agere cogeretur pecuniarum gratia. De Agesilai laudibus.

Ego quidem minimè videor egere, dum mihi quod habeo, sat est. In Economico.

Ego verò, inquit Antisthenes, tā multa habeo vt ea vix ipse repertiam, tamen satis mihi est, cùm edo ad famem explēdam, & cùm bibo ad sitim restinguendam. &c. In conuiuio.

Multo iustiores esse par est eos qui vilitatem annonæ magis quam caritatem

tem spectant: quibus enim quæ ad sunt
maxime sufficiunt, in aliena minime ap-
petunt. Ibidem.

F V R T V M.

Quid ego de furto disporto, cum
vos, inquit, Chirispohe, Lacedemonios audiam patria disciplina à pueris
furtis assuefieri? tantumq; abesse, ut tur-
pe cuiquam sit furari, ut necesse etiā sit
modò ijs abstineat, quę lege excepta
sunt? Ac quòquā elegantissimè & cau-
tissimè furemini, iubet lex deprehensoris
in furto, loris cedi. &c. At enim, inquit
Chirisophus, & ego vos Athenienses au-
dio ad publicæ pecuniae furtar egregiè
eruditos esse, cum ea tamen res magnę
fraudi furi sit: & quod est magis miran-
dum, optimi quique (nam apud vos,
qui optimi censentur, hi honores sum-
mos gerunt) hoc furti genere nequa-
quā abstinēt. Lib. 4. de Cyr. mi. exp.

F V T V R A.

IN C E R T I S S I M A sunt homini rerū
cuenta. Lib. 6. de Cyri minoris
expeditione.

G A V D I V M.

GAUDIVM celare nemo potest, sed omnes lætitia cfferuntur. Lib.3.de rebus Græcorū
GLORIA.

VIRTUTI vero atque bonis gloriæ ne bona quidem omnia Syrorum, Assyriorumque tuis addita bonis præferenda sunt. Lib.5.de pædia Cyri.

Gloriæ nullius dulcedine tangebatur Agesilaus, quam non suis sibi laboribus comparasset. De Agesilaus.

G R A T I T V D O.

MINORES, ô Agesilae inquit Lysander, amicos reddere nosti. Et recte per Iouem, ille ait, si me maiores videri velint: eos vero qui res meas amplificat, si honore non afficerem, contumeliam mihi inuri arbitraretur. Lib.3.de reb. Græc

H O M O.

ARBITRABATVR Phœraulas (erat autem natura amicorum studiosior, & colere nihil ei iucundum ita esse videbatur, neque rilege ut bonitas) hominem.

nem animalium omnium esse optimū & gratissimū, quòd videret & eos qui ab aliquo laudarentur, cōtrā etiā hosce alacriter laudare, enī tique ut contarem gratam his facerent, qui sibi gratificarentur: & quos videret amare eos, hos odio habere non posse: parētēsque magis quam omnia alia animalia, contra item velle colere & viuos & mortuos. Cogno sc̄ebat autem alias quasque animaltes & magis ingratas esse, minusque beneficij memores, quam homines Lib. 8. de pædia Cyri.

Hoc cogitare oportet, nō solū respub. sed & homines priuatos decere, dū maximè viribus florent, ea acquirere, quæ illis quandoq; usui esse valeant, ut cū necessitas ingruerit, paratū quòd refugiāt præsidium habeant. Lib. 6. de rebus Græcorū

Prauos homunculos nullo modo, nisi eis aliquid præstando, allicies. Bonos verò homines & doctos, non nisi amicitia mollies. Lib. 2. de fac. & dict. Socratis.

Homines partim quidē ad amicitiam naturaliter appensi sunt: etenim alter altero eget, ac inuicē miserentur & utilitatibus inuicem affecti, gratias matuò agunt Partim verò ad inimicitiam: cū enim eadem bona atque iucunda pa-

tant de his contendunt, & dissentientes contrariantur. Ibid.

Cùm quidam Socratem interrogasset, quid ei videatur optimum homini? Studium, respondit, bene agendi. Lib.3.de fact.& dict. Socratis.

Multi homines sine hominum auxilio viuere nequeunt, nonnulli id in primis amant, ut suo sint contenti: plures quoq; non solum suæ domui sufficiunt, sed adeò copijs abundant, ut ciuitatem ornent, amicis opitulentur. In Oeco.

Mihi quidem hoc distare videtur homo à brutis, quod honoris sit appetēs: cum cibo, potu, somno & venere, cuncta animantia similiter gaudere videantur. Honorum verò cupiditas nec brutis animantibus insita est, nec omnibus inest hominibus, At quibuscunq; insita est honoris & laudis auiditas, hi demū sunt, qui plurimū absunt à pecudibus, pro viris, ac iam non pro hominibus solum habendi. In Hierone.

H O N O R.

CONFIDE fili, ac scito similia corpora imperatoris ac priuati hominis, ijsdem laboribus nō similiter affici. Hodos enim labores imperatori leuiores efficit,

ficit, præsertim quòd intelligit in hominum esse oculis, quicquid faciat. Lib. 1. de pæd. Cyri.

Decet quæq; pro dignitate honorari. Lib. 2. de pædia Cyri.

Socrates semper dicebat, non esse meliorem viam ad honores acquirendos, nisi per quam bonus quisque effici, & nòn videri velit. Lib. 1. de fact. & dict. Socrat.

Honoris studium homines ad bene agendum potissimum hortatur. Lib. 3. de fact. & dict. Socr.

Videtur præclara quædem res esse honor, cuius amore mortales, & laboris quiduis subeunt, & quoduis adeunt periculum. In Hierone.

Nulla voluptas humana proprius ad Dei naturam videtur accedere, quam honore gaudere. In Hierone.

H O S T I S.

MOLIRE pro ea quanta tibi est acies instructa, adoriri hostes imparatos, & armatus inermes, & vigilans dormientes, & apparentes improvisus: & qui in locorum difficultate sunt, tu eos tuto in loco excipio. Libro 1. de pæd. Cy,

Et qua in te poveris nos esse maxi-

mè imbecillos, hæc tibi maximè est ca-
uenda. In qua verò senseris hostes esse
captu facillimos, in hac eos potissimum
adorire. Ibidem.

Præstare se fortē omnibus in rebus
aduersus hostes non alium decet alium
verò dedecet, sed hoc omnes decet ma-
ximè. Lib. 2. de pædia Cyri.

Stiebant ac iamdiu ita didicerant,
& securissimum esse & facillimum obuiā ire
hostibus, & sagittarijs maximè, iaculato-
ribusq; & equitibus. Lib. 3. de pæd. Cyri.

Illud certè dubitare non debetis, qui
hosti terga vertant, non posse fortē ha-
beri: qui fugientes insequantur, sæpe ex-
ignauis alacres & fideentes redi. Lib. 6.
de Cyri mino exped.

Non illi qui impedimento sunt ne ho-
stium numerus augeatur, vel qui docēt
quo pacto sociorum numerus crescat,
hi hostes reddunt potentiores: sed mul-
tò magis qui per vim ac iniuste pecunias
auferūt, innocētesq; interficiūt, hi sunt
qui aduersariorū augēt numerū: quiq;
nō solū amicos, sed semetip̄sos turpis lu-
cri gratia pdunt. Lib. 2. de reb⁹ Gr̄corū

Aduersus hostes nemo sesua spōte ac
sinc ductore instruit ac præliandum. In
Hipparchico.

Tum maximè fiduciā sumunt hostes,
cūm res aduersariorum laborare au-
diant , & impeditas esse.Ibidem.

IMPERATOR

IMPERATOREM hoste
ipso formidolosiorē militi esse
oportet. Lib. 2. de Cyri mino-
ris expeditione.

Primū omniū vehementer arbitror ad
exercitū confirmandū p̄tinere, vt primo
quoq; tēpore prætores, ac centuriones
in demortuorū locū subrogētur. Nihil
enim omnino, si desint qui imperēt, vl-
la in re bene ac præclarè geri potest
Lib.3. de Cyri minoris exped.

Ego nihil homini cuiuis , ac præci-
pue ei, qui in alios imperium habeat vl-
las opes existimo pulchriores, aut hono-
stiores, quām virtus sit, iustitia, animi ma-
gnitudo. quæ qui posideat, cūm ei tam
multi amici sint, ac tā multi esse cupiāt,
nō potest nō diuitijs plurimū abundare
neq; omnino is in sequundis qui gratu-
lentur, in aduersis, qui opem ferāt, requi-
rit.Lib.7.de Cyri minoris expeditione.

Magna res est cū alijs omnib.tū viro

imperatori fas fidéq; seruar:, & se talem
esse cognosci. De Agesi.laud.

Imperatorē & prēparādi ea, quæ ad bellū conferāt, expertum esse oportet, & ad victū militibus necessaria reperiē di,machinandi, & operādi.Et ad hęc diligenterē cum esse necesse est, corpore patientē, prudentē, mitem, durū, simplicem, insidiatorem, cautū, furē, liberalē, rapacē, donandi plusquā habendi amatorē, tutū, & alios aggredi aptū.Cęterā que multa sunt, quę tu natura , tum doctrina illum habere oportet , qui bene imperaturus sit. Lib.3.de fa.& di. Soc.

Militāt omnes homines, vt quā optimā vita fruātur:imperatorēsq; prēficiūt, vt ad hoc eos cōducant.Oportet igitur imperatorem prospicere , vt hoc idem eligentibus conferat. Nec etiam aliud melius isto facile est reperire, nec contrario turpius. Ibid.

Illud est prudentis imperatoris , vt periculis nunquam se vltro offerat, nisi cùm satis exploratum habebit se fore superiorem, & aliquid hostibus detraeturum : nam subseruire voluptatibus hostium id magis sociorum proditio iudicari debet , quàm fortitudo. Prudentis etiam est in eam partem hostiū impetum

impetum facere, quæ sit infirmissima,
etiam si fuerit nouissima. In Hipparch.

IMPERIVM.

HOMINIBVS imperare neq; im-
possibile est, neque factu difficile,
si quis prudenter id agat. Lib. i. de
pædia Cyri.

Mihi videtur opus esse maximum,
pulchrè imperare. Ibid.

Ne te lateat breui peritum impe-
rium, vbi exercitus caruerit commeatu.
Ibidem.

Olim certè elaborabant vt digni es-
sent qui imperarent, nunc autem curat
longè magis, vt imperent, quàm vt im-
perio digni sint. De rep. Lacedemo.

IMPROBITAS.

FIR perspèct, vt habeant plures, qui
secum sentiant improbi viri, quàm
probi. Improbitas enim proficisciens
per subitas voluptates, harum persua-
sionibus vtitur, quo multi secum sen-
tiant. At virtus ad arduum agens, non
est admodum præpotens, vt subito in-

consultóque ad se trahat, præsertim ubi
alijs sint, qui contrà ad declive molléque
adhortentur. Lib. 2. de pædia Cyri.

I N A E Q U A L I T A S .

NI H I L inter homines esse inæqualius
duco, quām & ignauum & fortē vi-
rum de æqualitate certare. Lib. 1. de pæ-
dia Cyri.

I N C O N S T A N T I A .

EIVS D E M viri esse videtur mihi, & in
secundis rebus vti contumelia, & in
aduersis animo cōsternari celeriter : &
rursus item siquid respirarit, animo effe-
ri, ac iterum molestū se præstare. Lib. 3.
de pædia Cyri.

I N C O N T I N E N T I A

OVIRI, aiebat Socrates, si bello no-
bis indicto, eligere hominem veli-
mus, per quem nostram salutem, ac ad-
uersariorum conflictum consequuturi
sumus num illum eligemus, qui gulæ,
qui veneri, qui vino, qui somno seruit,
qui labore perferre non possit. Ar quo
pacto

pacto cùm talis ille sit , aut nos saluos facere , aut hostes nostros conuincere possit? Si autem ab hac vita migraturi , velimus testamento cuiquam aut filios educandos , aut filias virgines conservandas , aut custodiendam pecuniam relinquere , num hominem incontinentem arbitrabimur aptum ad hæc esse? Set uero non continent , commendabimus aut pecudes , aut æratium , aut cuiusquam operis curam ? ministrum autem talem aut ememus? gratis etiam nobis datum acceptabimus? Quod si nec seruum incontinentem habere expediat , multò magis de nobis ipsis , ne tales efficiamur , cōtendendum est Non enim quemadmodum iniusti cum aliorum pecuniam arripiant , sibi ipsis diuitias accumulant , sic etiam incontinentis cæteris quidem nocet , sibi ipsi prodest: verum cæteris etiam , sibi ipsi multò plus nocet Siquidem pernicioſissimum est non modò suam domum destruere , sed non minus corpus , ac etiam animam propriam. In conuersatione uero , quis volet cum ipso conuersari , qui cibo & potu , ac meretricibus potius , quam amicis affectus

affectus sit? Nónne omnem hominem
oportet, cùm continentiam sciat virtu-
tis fundamentum esse, hanc primam in
animam deponere? Quis nanque sine
ista aut quicquam disceret bonum, aut
exercitatione perciperet? Aut quis volu-
ptatibus seruiens, nō omni turpitudine
corpúsq; animāq; suam polluet? Mihi
enim me hercle videtur optabile esse
libero viro, nec seruum talem habere.
Lib. i. de fact. & dict. Socratis.

Dic mihi, inquit Socrates, ôEuthy-
deme, putásne bonam magnámq; pos-
sessionem homini atq; ciuitati liberta-
tem esse? Maximam, inquit. Quicunq;
igitur corporeis seruit libidinibus, &
ob eas nequit quæ sint optima exequi,
putásne tu hunc esse liberum? Mini-
mè, inquit. fortassis homine libero di-
gnū videtur tibi, posse agere quęcūq;
bona sint: deinde habere, qui interpel-
lát istiusmodi facere, seruile quidpiā de-
putas? Omnino, inquit, puto. Omnino
igitur tibi videtur incōtinentes etiā nō
liberi esse. Per Iouē, inquit, & meritō.
Vtrū incōtinentes videtur tibi prohibe-
ri ea facere, quę honesta sint, an & cogi-
ea facere, quę turpia? Non minus hæc
hæc mihi videntur cogi agere, quam

& illa phiberi. Quales tu dominos, putates, qui bona phibet, & turpia cogat? Hercle quā pessimos. Seruitutē quā tu esse putas pessimā? Ego, inquit ille, hāc q̄ apud pessimos dominos feratur. Pessimā igitur seruitutē incōtinētes seruiūt? Mihi ait, videtur. Sapientiā verò maximum bonū, nōne ribi videtur ab hominibus auferēdo, cōtrariam in partē eos concitare incōtinētia? Nāq; prohibēs attendere, & ea discere quę profutura sunt, eos attrahatur ad voluptates: & quū pluries bona malāq; discernat, illa absterriti, peiora pro melioribus eligūt. Fateor, inquit. Putás ne, inquit, aliquo magis tolli incontinentiā, quā studijs rerū earū quę maximē oportēat? Nullo prorsus. Qui verò pro vtilibus, quę ledāt efficit vt eligas: quíq; vt in horū studio pseueres, illa negligas suadeat, rogātq; ea facere quę immodesta sint, putásne homīni hoc dari peius posse? Nihil. Cōtinētiā igitur cōtriorū verisimi mile est causam hominibus esse quā in cōtinētiā? Vehemēter, inquit. Causam īquit, cōtriorū verisimile est optimā es se? Est quidē inquit. Videtur igitur ô Eu thydeme, ait, optimū omniū esse cōtinētia? Merito, ô Socrates. Illud autē ô Eu thydeme,

thydeme, cōsiderastā ne vnquā? Quid nam, inquit? Quoniā, ait, & ad voluptates, ad quas sola homines videtur duce-re incōtinentia, ipsa quidēnō potest per-ducere, cōtinentia verò maiores efficit voluptates. Quid ita? inquit. Quemad-modū, inquit, incontinentia nō sament, non sitim aduētare permittens neq; Ve-neris desideriū, neq; vigilias, per quæ so-la voluptuose edere, bibere, Venere uti-quiescere, atque dormire possit, p̄hibet necessarijs & continuis voluptatibus p-frui: sic contrà, cum sola cōtinentia desiderari ista faciat, sola etiā perfui, recte voluptatibus facit. Vera p̄fēctō narras, inquit. Atqui, ait dicere quæ honesta & bona sunt, inq; studijs rerū earū versa-ri, p̄ quæ suum q̄uisque corpus bene re-gat, & p̄ priam dōmum bene gubernet, amicisque atq; patriæ fiat vtilis, & ini-micos supereret, à quibus non solū vtilita-tes, sed & voluptates quoq; maximæ ca-piantur, h̄is omnibus continentes p̄fuu-untur, cùm quæ diximus faciant: incon-tinentes verò in nullo participant. Cui nanque minus h̄ec dicemus conuenire quā in illi, cui minimè licet h̄ec agere, dum p̄ inquis teneatur voluptatibus? Atquē Euthydemus, videris mihi, ô So-crates

Crates, dicere, homini voluptatibus seruituti nullā vñquam virtutē conuenire. Quid enim interest ait, ô Euthydemus, inter hominē incontinentē & belluam? Nam quicunq; ea quæ optima non sint cogitat, voluptuosa verò omnibus querit modis exequi, quid à pecudibus differt? Solis igitur cōtinentib⁹ licet ea cogitare quæ optima sunt, & dicere & facere, ac rerū quidē discrimina, & secundum genera disgregare, bona eligere, mala secludere, quo optimi atq; felicissimi reddātur, & bonorū docti ratiocinatores. Lib. 4. de fac. & dict. Socratis.

INGRATITVD O.

PERSAE de illo crimine iudiciū faciūt qđ est in causa, vt se homines odio mutuo insectetur quām maximē. Nā ve hemeter causam agūt ingratitudinis. Et quē cognorit posse referre gratias, nec refert, in hunc seuerissimē animaduertunt: quippe qui arbitrātur eos qui sint ingrati, & deos maiortē in modū negligere & parētes, & patriā, & amicos. Ingratitudinē verò potissimū impudentia sequitur, quæ ad omnē turpitudinē maxima est dux. Lib. 1. de pædia Cyri.

Insequebatur autem odio Agesilaus, non si quis male affectus vltio-

Ayuntamiento de Madrid

nem

nem capiebat, sed si quis beneficijs pro uocatus, ingratus apparuisset. ac letabatur nō mediocriter cūm turpē quæstum queritantes pauperes videret, iustos vero locupletes faciebat, ut pote qui iustitiam vellet iniustitiavel lucro utiliore, emolumenq; plenissimam reddere.
De Agesi.lau.

Illos qui beneficijs acceptis non redunt gratias, cūm possunt, ingratos appellant. Lib.2.de fact.& dict.Socr.

Mihi apparet, à quocunq; quispiā beneficijs affectus, siue amico, siue inimico, non conatur gratias reddere, iniustus esse. Ibid.

Manifesta iniuria ingratitudo est profecto. Ibid.

I N V I D I A.

IN I M I C I T I A, atque cupiditas plus habendi, atque inuidia, odium parit. Lib.2.de fact.& dict.Soc.

Socrates consideras, quid inuidia sit, dolorem quendam reperiebat eam esse non tamen nec in aduersa amicorum, nec in secunda fortuna inimicorum: sed illos inuidere aiebat, qui in amicorum prosperitate dolcāt. Lib.3.de fa. & di.5.

I R A.

NE Q V E domesticos, ira commotos,
plectere decet: s̄æpius enim domini
irati maiora perpessi sunt mala, quām
intulerunt. Lib. 5. de rebus Græcorum.

Itâ temere omnia fiunt. Ibidem.

Hostile, contentio, & ira est. Li. 2. de
fact. & dict. Socrat.

Ira nihil prouidet. Itaque ea designat
plerunque, quorum pœnitentia neces-
sariò est comes. De re equestri..

I V S I V R A N D V M.

PRIMVM enim omnium ipsa nos o-
mnino iurisurandi religio, cōtinere
debet, ne nobis vicissim infensi simus:
atque eum quidem, qui se violatæ reli-
gionis cōscientia obligarit, neutiquam
ego inter beatos numerarim. Deorum
enim immortalium bellum, neque qua-
quis celeritate, nec in quos effugiat la-
tebras video: nec postremò in quod se
propugnaculū recipiat, quò neglecti nu-
minis ira nō peruidat, cùm sint omnia
diis obnoxia, neque sit quicquā vspiam.
quod in deorū potestate non sit. Lib. 2.
de Cyri minoris expeditique.

Est omnino non improborum modò, sed eorum etiam, qui & aduersis rebus premantur, & maximis difficultatibus, ac necessitate summa circunuenti sint, id committere, in quo & iusurandum deorum immortalium, & hominū fidem violent. Lib.2. de Cyri minoris expeditione.

I V S T I T I A.

ID E S T iustum, quod legitimum sit: quod verò sit contra legem, id est violentum. Quare secundum legem semper ferenda est à iudice sententia. Lib.1. de pædia Cyri.

Iustum est, iniustum afficere supplicio. Lib.3. de pædia Cyri.

Qui vi grassantur, nocent equidem, sed in aliis haud iniurij esse videntur. At qui pecunias iustitiam suppressare quaerunt, pariter & lxdunt, in remque incident turpissimam. Lib.7. de reb. Græco.

Neque enim est possibile sine iustitia bonum fieri ciuem. Lib.4. de factis & dictis Socratis.

Ego putabam, inquit Socrates, nolle iniuriam in quempiam inferre, satis constans esse iustitiae signum. Ibidem. Fortit

Fortitudo & sapientia aliquādo & ciuitati & amicis nocent: at iustitia ne minima quidem parte attingit iniustitiam. In conuiuio.

IVS TVS.

Ivs trorum nemo infelicitate agere potest. Lib. 3. de rebus Græcorum.

Multi dū iusta dicant, iniusta faciunt: qui verò iusta fecerit, nūquam iniustus est. Lib. 4. de fact. & dict. Socratis.

Qui iusta facit, iustus: qui iniusta, iniustus est. Lib. 4. de fact. & dic. Socratis.

LABOR.

ATQVI nulli virtuti, vt mea fert opinio, ab hominibus datur opera, quod nihilo plus habent viri probi quam improbi: sed & hi qui à repentinis abstinentiis voluptatibus, non id agunt, vt lætentur nunquam, sed vt per hanc continentiam multò maiore in posterum tempus lætitia afficiantur: & hi qui dicendo student ceteris antecellere, non hoc exercent, vt à bene dicendo nunquam

cessent, sed quòd existimant hac orationis præstantia dum reddunt homines persuasos, fore, vt & multa & magna bona ipsi consequantur. Lib.1. de pædia Cyri.

Illud sanè intelligite, magnas voluptates, maximáque bona præberi obedientia, constantia, tempestiuísque & laboribus & periculis. Li.3. de pæ.Cyri.

Illud sanè sciendum est, eò bona maiorem afferre lætitiam, quò magis quis labore antecedente ad ea perueniat. Labores enim obsonium sunt bonis viris. Lib.7. de pædia Cyri..

Quòd ciuitas nostra, ô commilitones, ad illud quod cernitis felicitatis peruenit fastigium, tótque immensis ac opulentis prædita est bonis, non socordia, & rerum accidit desidia, sed laborando, periclitando, & bene cōsulendo eō dignitatis processit. Agitè igitur cùm antea, vt optimè noui, viri fueritis fortissimi, nunc etiam meliores euadere adnitimini, vt cùm strenuè simul labo rauerimus, suauiter quoque vnà laboris præmium sumere possimus. Lib.5. de reb.Græcorum.

Labores otium sequitur. Lib.6. de reb. Græcorum.

Laboribus omnia nobis dij vendunt
Lib.2.de fact.& dict.Socrat.

Nihil eorum, quæ bona atque honesta sunt , dij hominibus sine labore & studio præstant. Ibidem.

Quicquid autem agas , promptissimè , atque optimè , & diligenter agito . Hoc enim modo minimè accusaberis , indigentiae præsenti optimè consules : poteris etiam cùm senueris , facilimè ac sine periculo sufficientissimè viuere.Ib.

Ex mortalium animis , corporibúsque , labor turpitudinem & contumeliā expellit : contrà verò cupiditatem virtutis ingenerat. Lib.de venatione.

Eneruatis labore membris , necesse est & animos debilitari , ac quodā modō ægrotare.In Oeconomico.

Sanè qui post exhaustum labore non recusant laborare , certum argumētum hī dant præclari animi. De re equestri.

Qui laboribus succumbunt,hī neque contra hostes ire , neque refugere omnino possunt.In Hipparchico.

L A C H R Y M Æ.

GAVDIO & tristitiae lachrymæ communes sunt.Lib.7.de reb.Graecor.

Ayuntamiento de Madrid

LAUDIS amatores coguntur huiusc
ce rei gratia ea sibi comparare, quo-
rum causa laudentur, ob eamque rem
omnem laborem, omne periculum quam
libentissime subire. Libr. i. de paedie
Cyri.

Nullum reperio, qui laudet eum, quem
odio habet. Lib. 2. de factis & dictis
Socratis.

Profecto mihi videtur hoc cupidus
honoris, auarice praestare, quod laudis
gratia labores ac pericula subit, ubi
oporteat, praeterea a turpi quaestu pro-
cul habetur. In Oeconomico.

Laudibus nihil est auditu iucundius.
In Hierone.

Quid voluptatis, inquit Hieron, af-
ferre putas eos, qui laudant, cum suspe-
cti sint quod assentandi gratia laudent,
non ex animo? At Simonides: In hoc
quidem per Iouem, inquit, tibi prorsus
assentior Hieron, laudes allatas ab his,
qui quam maximè liberi sunt, esse mul-
to iucundissimas. Ibidem.

Da operam, ut non videaris solum,
sed re vera virtutis sis studiosus. Falsa
enim laus citò re ipsa confutatur: at ve-
ra prob

ra probitas, nisi deus aliquis impedit, semper actionibus splendidiorem gloriam comparat. In conuiuio.

L E X.

LE^GE^S ad iustitiam ciues impellunt,
Lib. 2. de pædia Cyri.

Agesilaus cùm in urbe potéissimus esset, perspicuè ostendebat se nihil male, quam legibus inseruire. Quis namq; refragari his voluisse, cùm regem obtemperare intueretur? Quis etiam deteriori se conditione futuram ratus, non quicquam facere attentasset? præser-tim cùm regem animaduerteret tolerare, ut legitimè etiam sibi imperaretur? qui & cùm dissentientibus in Republic. tanquam pater cum filiis disceptabat: obiurgabat nanque si quid errassent, honorabat si quid honesti egissent, assistebat si qua calamitas contigisset: ciuem nullum ducebat inimicum, laudare volebat omnes, seruare omnes lucrum existimabat. Iacturæ sibi ascri-bebat, si quis etiam minus præstantissimus periisset. Quod si pacatè ipsi legibus permanserint, patriam usque beatam foro planè arbitrabatur. De Agesila-

lai laudibus.

Sancitum legibus est, illū affici morte debere, qui aut furatur, aut latrocinatur, aut rapit, aut in ædes alienas irruit, aut in seruitutem homines redigit, aut sacrilegium committit. Lib. I. de factis & dictis Socratis.

Socrates maluit subire mortē, quam contra leges quidpiam admittere. Lib. 4. de fact. & dict. Socrat.

Lex quidem in primis apud omnes homines vna est, ut Deum colas: & ut parentes item honores, ubique iubet lex. Ibidem.

Suppliciis afficiuntur, qui à diis impositas leges transgrediuntur, quæ quidem nullo modo est homini possibile aufugere: veluti qui ab hominibus positasquidem trāsgredientes, tum quod lateant, pœnam effugiunt, tum quod vi superebunt. Ibidem.

L I B E R I.

At filios quoq; quicunque nobis nascantur, hic instituamus: ita enim & ipsi meliores futuri simus, si velim⁹ præbere nosmetipsoſ liberis nostris quam optima exēpla: & liberi ipsi, nec etiā si velint

velint, facile fiant improbi, quippe qui nihil turpe neque videant, neq; audiāt, & in studiis honestatis bonitat̄sq; versentur. Lib.7.de pædia Cyri.

Vos ego filij , ita initio institui , vt & seniores honoraretis, & honoraremini à iunioribus. Lib.8.de pædia Cyri.

L I B E R T A S.

Hoc vobis persuasum velim , me libertatem ipsam multò quàm quæ habeo omnia, ac si ea longè essent ampliora, pluris facere. Lib.1. de Cyri minoris expeditione.

Libertatem cunctis anteferendam rebus arbitror. Libr.4. de rebus Græcorum.

Si libertatem nactus , diuitiis quoq; auctus fueris, quid deerit , quin omniū felicissimus haberi possis hominū? Ibid.

Bona magnāque possessio homini atque ciuitati libertas est. Lib.4.de factis & dictis Socratis.

L I B I D O.

CVPIDITATIBVS ac libidinibus dediti domes labefactant. Herum Ayuntamiento de Madrid
F 5

igitur alijs quidem serui sunt gulæ, alijs la
xuriæ, nonnulli temulentis, quidam
etiam stultæ cuiusdam ambitionis: aut im
pèsèvitiis addicti, ita tenétur ab eis, do
nec florente ætate sint, vtilésque rebus
agendis: cùm verò non amplius vtiles,
statim ab eis deseruntur, séque dece
ptos esse sentiunt, cùm ad senectutem
tristem ac miseram perueniunt imbecil
li. Quare aduersus ea non minus quam
contra inimicos in bello pro libertate
pugnandum: quippe cùm illi quando
que iustiores inueniantur, captos ab se
& modestè viuere sàpe cogunt, & liber
tate sinunt vti. At huiuscmodi desinere
nesciunt: vnáque corpus, animúmque,
ac domum eorum quos possident, vñ
que ad extremum inquinant. In Econo
mico.

LINGVA.

DVLCIVM etiam ac acutorum quis
nobis esset sensus, si non fuisset no
bis lingua data iudex illorum? Lib. I. de
factis & dictis Socratis.

At linguam cùm omnia animalia ha
beant, solam humanam talē fecit Deus,
vt modò hanc, modò illam partem oris
tangat

tangat, ac vocem articulet, alterque alteri, quæcunque velit, significet. Ibidem.

L V C R Y M.

Qui proprij commodi gratia cuncta agere, nec honestatis, aut amicorum curam gerere deprehenditur, non video cur ei parcendum sit : quin immo potius ab isto cauendum erit, ne cum ipsius cognouimus instabilitatem, ipsi quoque aliquando decepti, ea quæ & alij ab ipso passi sunt, ferre cogamur. Lib. 2. de rebus Græcorum.

Quo pacto mihi à ciuitate ignoscendum sit, si viro iniusto pepercero,
qui proprij lucti gratia magna ciuitatem affecit in
iuria, haud cerno.

Libr. 5. de re-
bus Græ-
corum.

M A G I S T

M A G I S T R A T U S.



V M, qui Reipub. præst, de-
cere arbitror, cùm amicos
decipi videat, illis pro viri-
bus succurrere. Lib. 2. de re-
bus Græcorum.

Turpe est profectò, si quis volens in
ciuitate dux effici, negligat doceri, cùm
discere liceat. At ciuitas multò cùm ma-
iori iustitia illum condemnaret, quàm
si quis ignarus fingere statuas conarc-
tur. Lib. 3. de fact. & dict. Socrat.

Mihi quidem videtur, etiam à diis ho-
nos quidam & gratia comes addita vi-
ro principi. Non solùm enim formosio-
rem reddit virum principatus, verùm
etiam eundem hunc pulchriorem vide-
mus cùm principatum gerit, quàm cùm
agit priuatum. In Hierone.

Omnes cùm magistratū gerunt, ma-
gis se decere putant vt aliquid honestè
gerant, quàm si priuati forent. In Hip-
parchico.

Aut magistratus appetendus nō est,
aut à düs petendum, vt huic officio sa-
tisfaciamus omni apparatu instructi, ac
ipsi etiam quantum in nobis est, molia-
musc

m̄r. Ibidem.

Minimè contemnetur præfetus , si quæ alios facere velit , ipse eadem melius quam illi facere videatur. Ibidem.

Principem quidem omnē decet maxime prudentia: Ibidem.

In optimatibus minima est intemperantia & iniustitia, prudentia autem plurima ad utilia inuenienda: in populo autem plurima inscientia , confusio , nullaque ordinis conseruatio , & malitia : ipsa enim paupertas facilè eos ad turpia dicit: & nonnullis contigit, ut essent ineruditi & indocti, propter rei familiaris penuriam. De Atheniens. politia.

M A L A.

SYNT autem initio omnia similiter in equo, ut in homine sanabiliora , quā cūm induerent atque exorbitarunt mala. De re equestri.

M A T R I M O N I V M.

MINHI profectò videtur deos ipsos multa quidem sapientissimè , tum præsertim iugum hoc instituisse. Primū quidem ne animantium genera defice-

Ayuntamiento de Madrid rent

74 X E N O P H O N T I S
rent: deinde ut haberemus, à quibus no-
stra senectus aleretur. In Oeconomico.

M E D I O C R I T A S.

M E D I O C R I T A T E M sequens, nun-
quam erraueris. In Hipparchico.

M E N D A C I V M.

P R I M U M tibi consulo in causa loqui
vera, quò tibi id unum desit, quod est
odiosissimum. Nanque apertum men-
daciū, vt scis, impedimento est homi-
nibus, maximè ad veniam consequen-
dam. Lib. 3. de pædia Cyri.

M E T V S.

N V M igitur putas quicquam, inquit
Tigranes, magis homines sibi sub-
iicere, quàm vehementē metum? Num
es nescius eos, qui ferro percutiuntur,
quod supplicij genus putatur validissi-
mum, rursus etiam velle aduersus eosdē
pugnare? Quos autem vehementer ho-
mines metuerint, ad hos ne si consolea-
tur se quidem, possunt etiam oculos cō-
uertere. Dicis tu, inquit metum maiori
supplicio esse hominibus, quàm si re-
Ayuntamiento de Madrid ipsa

ipsa malè afficiantur? Actu quidem nosti, inquit Tigranes, me vera dicere: scis enim eos, qui metuunt exilium patriæ, quique pugnaturi timent ne vincantur, degere in animi acerbitate. Et eodem modo qui nauigant, ne patientur naufragium, & qui seruitutem ac tributum metuunt, hosce neque cibum posse, neque potū capere propter metum. Qui iam verò exules sunt, & qui victi, & qui serui, possunt interdum magis etiam quam felices ipsi, & comedere, & dormire. Estque manifestius etiam in hisce metum esse veluti onus quoddam: aliqui enim metuentes, ne si capti fuerint, mortem dent, prius ob metum moriuntur: alij iacentes præcipites se ipsos, alij laqueo suspendentes, alij iugulantes: vsque adeò metus rerum omnium horribilium maximè animos perterret. Lib. 3. de pædia Cyri.

Metus ac lex satis sunt ad amorem inhibendum. Lib. 5. de pædia Cyri.

Illi sciant non eos quibus bene, sed quibus malè factum est, ne viribus crescant, timendos esse. Lib. 6. de reb. Græ.

Necesse est enim qui metui multis est, is multos faciat inimicos. Lib. 5. de pædia Cyri.

Porrò nō solum ipse metus, cùm infedit animo, molestares est, sed dū nusquam non adest ac circunfertur sit omnium iucundarum rerum corruptela.

In Hierone.

Malus est custos, metus. In Hipparchico.

M I L E S.

NI H I L O certè minus rebus ad vitum necessariis est opus militibus, quām in domo famulis. Ei. i. de pç. Cyr.

Exercitus opus est; si suo munere fungi velit, vt vacet nunquam aut nocere hostibus, aut proficisci sibi. Per molestū est profectò hominem vnum alere otiosum, multò etiam molestius totam dominum: sed omnium est molestissimum, vniuersum exercitū otiosū alere. Ibi.

Atqui ad reddendos milites alacres & strenuos, nihil mihi videtur satius, quām spem iniicere hominibus. Ibidē.

Ad habendos obedientes milites nihil est efficacius, quām vt dux subditis prudentior esse videatur. Ibidem.

Bene autem scitote, viri amicissimi, quod non hanc utilitatem solum mali milites afferent ablati si fuerint, quod aberunt

aberunt mali: verū etiam qui relicti fuerint, rursus eo vitio purgabuntur, quo referti iam erant. At boni ubi viderint vi-
tiosos ignominia affectos, longè magis animati virtutem capessent. Lib. 2. de
pædia Cyri.

Videtur mihi omnibus, quos ullus velit cuiuscunq; rei bonos reddere adiutores, his iucundius esse, si bene & dicendo & faciendo fuerint ab illo incitati, quām si molestia afficiantur, coganturq;. Quos igitur quisquam velit alacres sibi rerum bellicarū adiutores face-re, hi omnino venādi sunt mea sentētia bonis & verbis & rebus. Amicos enim eos, non inimicos esse oportet, qui pro nobis sine excusatione sunt pugnaturi: & tales quidē amicos, ut neque secundis in rebus sint imperatori inuiduri, neque in aduersis eum prodituri. Ibidem.

Iussit Cyrus militibus, ab iniuria abstinerent: ac si quis in Armenium quenquam incidisset, eum moneret, ut & nihil metueret, & quisque pro voluntate venalia ferret, ubiunque ipsi forent, siue cœscula vellent, siue poculenta vendere. Ibidem.

Milites dum videntur haberi ne

G

Ayuntamiento de Madrid

gle&tui, qui boni sunt longè minus reduntur alacres: at mali, multò ad contumeliā prōptiores. Lib. 5. de pædia Cyri.

M I L I T I A.

NI H I L omnino, si desint qui imperarent, vlla in re bene ac præclarè geri potest. Ac ne omnia persequar, nihil certè in re bellica profici potest: in qua & ordinis cōstantia rebus salutem, perniciē affert perturbatio. Lib. 3. de Cyri. minoris expeditione.

Apud Lacedēmonios militaris disciplina neglecta, seuerius puniri solet. Lib. 3. de rebus Græcorum.

M I N I S T E R.

PE R deos immortales, huiuscmodi ego ministris nō libēter mihi videar vti, quos sciam necessitate ministrare. Quos autem horim benevolentia amicitiāq; mea quod opus est capescere, hi mihi vidētur, etiā si peccarint, facilius rendi, quam ij qui me exosí, omnia cumulatissimè necessitate præstant. Lib. 3. de pædia Cyri.

Habere autē qu'enquā & spontaneum & constantē ministrū, sufficientēmq; facere quodcunq; imperatū fuerit, & non modò illud, sed ex se etiā potentē multa

& co-

& cogitare & reperire cōsilia, plus, vt ar
bitror, quām multi serui valeret. Lib. 2.
de dic. & fec. Socrat.

M O D E R A T I O , S E V Æ Q V A- N I M I T A S .

AGESILAUS secundis quidē in reb⁹
continentē sese, in aduersis autē fi-
duciæ bonaçq; spei plenū facile serua-
bat. Atq; comitatē non iocoſis obiurga-
tionibus, sed moribus assequi studebat:
animi quoq; elationē ac magnitudinē
non contumelia, sed grauitate sentētia-
rum metiebatur. Itaq; iactabūdos des-
piciens, erat moderatis hominibus mo-
deratior. De Agesilai laudibus.

M O R S .

CO G I T A T E , nihil esse morti somno
similius. Lib. 8. de pædia Cyri.

Honestamors turpi vitę anteponēda-
est. Lib. de repub. Lacedæmon.

Quid verò à lamentatione lōgius ab-
est, quām & æuum glorioſum, & specio-
fa mors? De Agesil. laudibus.

Eligendū est potius mori, quām in-
generosè vitā producere. In Apologia
pro Socrate.

Familiaribus Socratē eximere volē-
tibus, assentire noluit, querens etiā an
extra Atticam locum scirent, quò mors

aspirare nequiret. Ibidem.

Lata iam contra Socratem sententia
ille abibat non modo oculis, sed &
gestu, & gradu latitudo. ut autem animad-
uertit illos qui sequebatur lugere, Quid
hoc est, inquit. Nonne iam dudum scie-
batis me, ex quo genitus eram, ab ipsa
natura morti fuisse destinatum? At qui bo-
nis aduentibus preteri perita vita, mihi ni-
mirum, meisq; benevolis lugendum foret.
Si vero malis impendebus die obeo,
arbitror tanquam pro felicitate quadam
a vobis omnibus esse latandum. Ibidem.

M V L I E R.

P E R S P I C V V M est muliebre ingenium
non deterius esse virili, sed consilium
& robur desiderare. Quare si quis no-
strum uxorem habet, magna cum spe do-
ceat quicquid volet, ea perita usurpans. In
coniuicio.

M V N E R A.

E G O mehercule ita existimo, nemine
a quoquam, nisi benevolentia erga
illu praeseferat, munera accipere Lib. 7.
de Cyri minoris expeditione.

Pletiq; sane munera quoq; dant
his quos oderunt, idque tum cum me-
taunt maxime, ne quid mali ab illis pa-
titur. At ista magis arbitror sexuilia fa-

ta esse iudicanda, cùm honores mea quidem sentētia, ex his rebus oriantur, quæ cum odio metúq; seruili pugnant.
In Hierone.

M V T A T I O.

MV T A T I O quæ fit paulatim, efficit ut omnis natura mutationes ferat. Docet præterea Deus ipse, qui paulatim nos deducit ex hyeme ad vehementes æstus tolerandos, ex æstu in hyemē vehementem: quem imitantes, ad quod eundum est, assuefacti antea ire nos debemus. Lib. 6. de pæd. Cyri.

N E C E S S I T A S.

NE M O est præstantior docto^r, quām necessitas, quæ omnia docet diligentissimè. Lib. 2. de pædia Cyri.

Necessitas maximam affert alacritatem. In Hipparchico.

N E G O T I V M.

Socrates, cùm arbitraretur negotium esse vtile ac bonū homini, otium autem nocuum & malum: & operari bonum, otio verò marcescere malū: quos quidem bonum quidpiam facientes videbat, operari dicebat, ac bonos ope-

rarios esse: qui verò taxillis vacabant, aut aliquod prauum, aut damnosum agebant, otiosos appellabat. Lib. 1. de fact. & dict. Socratis.

Omnium præceptorum illud mihi quidem videtur præclarissimum, ut quæ noris utilia esse, ea cures etiam conscienda. In Hipp.

NEMO INSONS.

NE M I N E M ex omni mortaliū numero criminē catere cerno. Lib. 6. de rebus Græcorum.

In omnibus hominē esse sapientē non est possibile. Lib. 4. de factis & dictis Soc.

NIMIVM FVGENDVM.

PLVS quam oporteat se cibo onerare, & plus quam deceat laborare, hec se probabat Socrates: tantum verò labore, quantum animus libenter suscipiat, illud approbabat. Hanc enim exercitacionem & ad sanitatem satis esse aiebat, animique diligentia non esse impedimento. Lib. 7. de dictis & factis Socratis.

Mediocritatem sequens, nunquam erraueris. In Hipparch.

O B E D I

Ayuntamiento de Madrid

OBEDIENTIA.

PERSÆ tradunt pueris præcepta parendi magistratibus. Multum quoq; huic rei cōducit, quod seniores intuētur parere magistratibus magno studio. Lib. 1. de pædia Cyri.

Quem seipsis prudentiorem duxerint circa suam ipsorū utilitatem, huic homines perlibenter obediunt. Ac noris hæc ita habere cùm in aliis multis tum in ægrotis, quod alacriter eos vocant, qui iussuri sunt faciūda: & in mari, quod gubernatoribus qui vñā nauigant, audiūt: & quos aliqui putarint quām se melius vias nosse, ab iis tanquam ab harū periūtissimis ducibus abesse nunquam volūt. Ibidem.

Si principi obedire maximum apparet esse bonum ad bona adipiscēda, ita vobis exploratum esse debet, quod etiā idem hoc ad seruandum quæ oportet, maximum est bonum. Lib. 8. de pædia Cyri.

Quemadmodū ipsi dignū esse existimatibus vestris subditis imperare, ita etiā nos iis paream⁹, quib. decet. Tantū autē inter nos decet seruōsq; interesse quātum

serui ipsi inuiti heris ministrant. Nobis autē qui dignum putamus libertate vti, vltro faciendū est, quod plurimi videtur æstimendū. Inuenietis quoque vbi sine vnius principatu vrbs habitatur, quæ maximè vult, parere principibus, hanc minimè ab hostibus ad obediendū cogi. Ibidem.

Illud vobis persuasum velim quemcunq; summæ rerū præfeceritis, nullam me in illum vñquā seditionem concitatum. Nam qui contra imperatorem suum seditionē concitat, is postremò in suam ipsius salutē seditionis reperitur. Lib.6.de Cyri mino.exped.

Qui viribus pollet, hunc cūcti lubeti sequuntur animo.Lib.7. de rebus Græcorum.

Res in primis digna est, magistratib. obediare Ibidem.

Obedire maximum est bonum, tum in tēpublica, tum etiā & militiæ & domi. Lib.de repub.Lacedæ mon.

Vbi homines deos venerētur, bellicas res exerceant, principibus obtēperent, quī hic nō cōuenit affatim omnia bene sperare? De Agesil.laudibus.

Nō ignoras illud, ait Socrates, quod in

in' quaq; re, illis obedire potissimū homines volunt, quos putāt optimos esse: nam & in morbo illi potissimū obediūt quem putant medicina excellere: & in nauī qui nauigāt, gubernatori: & in agri cultura, agricolæ. Lib. 3. de fac. & dic. Socratis.

Re ipsa etiā vt lex præscribit declarandum est, vt qui se cōpositè & obedienter gerūt, augeantur, & meliore sint cōditione: qui autē non paruerint, deiiciātur, deteriorēque sint conditione in rebus omnibus. In Hipparchico.

O T I V M.

Si vertemur ad pigritiā improborūq; hominum voluntatē, qui arbitrantur laborare esse ærumnosissimū, & vitam sine labore agitare voluptatē existere, ego nos affirmo celeriter nobis ipsis minimi esse faciundos, ac fore vt citò priuemur bonis omnibus. Nihil enim ad perfectionē sufficit fieri bonos viros, nisi quis vsq; ad finē curet in bonitate perseverare. Sed quemadmodū aliæ artes vbi neglecte sint, minoris pretij fiunt: & corpora ipsa bene habentia cū quis ea remittit ad inertiam, male rursum habeant: ita & temperantia, & cōti-

G 5

Ayuntamiento de Madrid

nētia, & robur, cūm quis eorū exercitationem relaxarit, hinc in malignitatem iterū vertitur. Nullo modo igitur negligendum est neq; procedendū vobis ad subitā voluptatē. Lib. 7. de pæd. Cyri.

An putas otium & pigritiam cōferre hominibus, & ad capessendā disciplinā eorum quæ scire oportet, & ad memoria tenendū quæcunq; didicerint, & vt sani atq; robusti corporibus sint, & ad possidendū atq; seruandū quæcunq; ad vitam vtilia sint, negotiū verò & diligen tiam ad nil vtilia? Lib. 2. de fact. & dict. Socratis.

Cum verò Socrates de otio quidnā sit cōsideraret, vt plurimū dicebat se deprehēdere omnes aliquid facere: etenī qui taxillis, quīq; risui excitādo vacant, aliquid faciūt, nihilominus huiuscemo di omnes otiosos dicebat. Liceret nāq; eis, istis dimissis meliora agere: à meliortibus verò ad peiora cadere, nulli otium esse deberet: quod si quis faciat, malè fa cit. Lib. 3. de fac. & dict. Socratis.

O E C O N O M V S.

OECONOMI boni esse puto, bene regere domum. In Oeconomico. Difficile id sanè, malè inōstrāte ma-

gistro p̄bē discipulū edoceri, ac torpēte domino seruum esse diligentē: & vt bre uiter dicam, sub hero ignauo famulos vel natura bonos nunquā p̄tauerim aliquid posse comprehēdere: sub solerti verò, vel ignauos alioquin, castigatos fa cilē posse erudiri. Attentos igitur operi qui cupiat alios reddere, ipsum in primis circunspectū rebūsq; instantem esse oportebit: tum gratiā rectē curāti habere, secus verò agentē plēctere. Pulchre nimium barbarū illum interrogatum a rege, quónā modo equum, quem optimum nactus fuerat, tam celeriter saginaret, oculis dominicis ferūt respondisse. Eadē ratione & mihi videtur alia quæcūque oculū ipsum domini posse redde rem meliora. Ibidem.

OPERA.

Non enim vos dij in tenebris operiūt sed opera vestra necesse est séper in p̄patulo viuere apud omnes: quę si pura & sine iuriaria appareāt, reddēt vos inter omnes homines potētissimos. Quòd si quid iniusti inter vos inuicē cogitabitis, fidei dignitatem apud omnes homines amittetis. Lib. 8. de p̄x. Cy. Iucundū futurum est, apud quos maximē veliris

Ayuntamiento de Madrid
præclarè

præclarè dicta factaq; vestra testata relinquere.Lib.6. de Cyri mino. expedit.

Agesilaus pulchris operibus magis quam pulchris corporibus delectabatur. De Agesil. laudibus.

Interrogatus Socrates, si illos qui sciant quæ agere oportet, contrà verò facientes, sapiētes & abstinentes esse arbitretur: Imò, inquit, insipientes potius atque ignaros: omnes enim, ut opinor, eligendo quam maximè possunt quæcunq; eis cōducere videantur, illa agūt. Quicunq; ergo non rectè agat, neq; sapientes nec moderatos eos esse. Lib.3. de fac.& dictis Socratis.

O P P O R T V N I T A S.

V N D E opportunitas abest, id iucundū esse nequit tam homini quam equo.
De re equestrī.

O R D O.

Q VAE C V N Q V E ordine carent, hæc necessariò molestiam afferunt semper, donec loco suo fuerint constituta. Lib.4. de pædia Cyri:

Per pulchrum sanè arbitrabatur Cyrus, in ædibus quoq; esse aptæ locatio-

nis

nis studium. Cùm enim cuiquam re villa est opus, liquidū est quo sit iturus ad eā accipiendam. Lib. 8. de pædia Cyri.

Qui neglecto ordine imperioque nostro, se barbaris in pugna pares futuros confisi sunt, hi re infelicitet gesta, cùm temeritatis suæ pœnas dederint, exéplo cæteris esse possunt, non esse villo pacto à præscripto ordine discedendum. Lib. 5. de Cyri mino. exped.

Nihil, ô coniunx, in rebus humanis est ordine præstatius, nihil utilius: quod in choro maximè cernitur, qui cùm ex hominibus cōstet, si temerè implicitur atque consistat, turbationem videas iniucundam, minimèque spectatione dignam. Cùm verò & loquentium concentus, & consistentium ordo respondeant, digna ies videri spectarique. Eadem & exercitus ratio, cùm contusè incedunt iumentum, armiger, grauis armatura: qui tardè progreditur currentem, stantem currus, iumenta equitem, grauis armatura leuem, adficienit incommodo. Quomodo autem pugnā inibūt, si quibus necesse fugere prosequentes, hi potissimum terga dantes, opprimat subsequentiū arma? ex quibus, luctitiam hostibus

hostibus , suis verò tristitiā pariant. At ordinata militia quē non delectat? vniuersos armatos ordine venientes aspicerere equites, parte alia peltatos, sagittarios, funditores, suis quosq; locis, vnāq; omnes suum sequentes ducem : qui etsi multi numero, vnuſ tamen & ordine & silētio videantur. Taremis itē hominibus & armis munita, quātam victoribus præbet alacritatē atq; audaciā, inimicis verò terrorē? cum vno cuncti spiritu remis insurgunt, vno incūbunt, vno inuicē adhortantur. Enim uerò rerum perturbatio haud aliter fuerit , quām si colonus vno aceruo hordea, triticū, leguminā cōfundat: deinde cū vſus venerit tempus, singula sit opus discernere, cū iam discretis vti liceret. Hæc tu coniunx facile vitabis, si ordine res cōdas, ordine promas : ut quæ tibi sint opus, abunde facilēq; capias , & mihi gratanter exhibeas. Locū constituemus rebus quibuslibet opportunum, ministrūm̄q; poneamus ac docebimus, quæ hinc promere oporteat, quæ ibidem locare. Hoc enim modo facile sciemus , quæ salua sunt & quæ minimè. Locus enim ipse quod nō existit, desiderat. Quod autē cura indi-

get, aspectus inquiret. In Oeconomico.

Ordinare supellecīlē, & locis quibuslibet condita reperire, utile quidem omnibus est. Ibidem.

Ordinata supellex chorus quidā videtur rotundus, qui non tam ipse quam eius media, pulcherrima eminus apparent. Ibidem.

ORNATVS, SEV VESTITVS.

QVAE sibi ornamenta vel ad belli usum, vel ad elegantiam vestibus mittebantur, ea Cyrus amicis elargiebatur. Quo in genere hoc eius dictū celebratur: Non posse suum viuis corpus iis omnibus ornari: amicos verò egregiè ornatos, præclarum se homini ornatū putare. Lib. 1. de Cyri mino. exped.

Vbi finem ille dicendi fecit, surrexit Xenophon quam potuit splēdidissimè ad pugnam ornatus: nam si victoriam consequerentur, victori honestissimum ornatum conuenire: sin mori necesse esset, elegantissimum esse putabat, pro sua quenq; dignitate ornatum occidere. Lib. 3. de Cyri mino. expeditione.

O S T E N

Ayuntamiento de Madrid

OSTENTATOR.

OSTENTATOR enim nomen mihi videtur esse propter eos positum, qui simulat & ditiōres se esse quām sunt & fortiores: & qui pollicentur ea se facturos, quæ nequeunt, præsettīm cū manifestum sit hæc ab his fieri accipiēdi aliquid ac lucran di gratia. Lib. 2. de pæd. Cyri.

Si videri velis bonus agricola, qui nō sis bonus: aut eques, aut medicus, aut tibicen, aut aliud quidpiam, cogita quo sint machinanda tibi quo videaris talis. Quòd si tuo persuasu & te multi laudāt, quòd autoritatē adipiscaris, & in eorum singulis bona ieceris fundamenta, tum modò decipias, tum paulò postea, ubi de te periculum feceris, qualis sis, arguis, tum ostentator præterea appareas. Lib. 1. de pædia Cyri.

PARENTES.



EX quidem in primis apud omnes homines vna est, ut Deum colas: & ut parētes item honores, ubique iubet lex.

Lib. 4.

Lib. 4. de factis & dict. Socratis.

Neque parentibus licet misceri cum liberis, neque liberis cum parentibus. Ibidem.

Me herclè non solùm bonos esse oportet, qui prolem procreant, verùm & ætate firma & valida. Ibidem.

Socrates sentiens aliquādo suum filiū Lamprocleum, qui maior natu erat, matri suæ iratum: Dic mihi, ó fili, ait, cognouisti ne vnquam homines quos domi qui appellantur ingratii? Ita prorsus, inquit. Considerasti igitur quos homines, & cùm quid agant, hoc nomine appellantur? Consideraui, ait: illos namq; qui beneficiis acceptis nō reddunt gratias, cùm possint, ingratos appellant. Hos verò ingratos cum iniuriosis connumerādos esse putas? Ita, inquit. Quid verò considerastine vnquam, quemadmodum mancipare amicos quidem iustum esse, ita inimicos iustum? vehementer, ait, consideraui: ac mihi sic etiā ingratum esse erga quidem amicos, iustum esse, erga verò inimicos iustum? vehementer, ait, consideraui: ac mihi appetet, à quo cunq; quispiam beneficiis affectus, siue amico, siue inimico non.

H

conatur gratias reddere, iniustus esse. Si igitur hęc tibivera vidētur, manifesta iniuria ingratitudo esset profecto. Cōcessit. Quantò ergo maioribus quisq; beneficiis acceptis non reddit gratias, tanto iniustior esset. Et hic etiam concessit. Quos igitur aut à quibus putas maioribus beneficiis affici, quām liberos à parentibus? quibus primò vt sint, & viuant, deinde vt tot bona videant, illorūmque participes fiant, quæcunque dij hominibus præbent, parentes causa fuerunt: quæ tam magua existimatione digua omnes arbitramur, vt priuationē illorum magis quām alia fugiamus. Cūnitates quoque pro maxima pœna delictis in maximis mortē sanxerunt, tanquam maioris mali timore non possint iniurias coērcere. Nam non putas velim propter veneras res homines filios procreare, cùm ad hunc feruorem libidinis soluendum non parua sine labore munera que vxorio facultas existat. Quapropter non modicum cogitamus, à quibus mulieribus quām optimi filij nobis propagari possint: quibus cùm tales inueniantur conuenientes, prolem procreamus: & vir quidē ipsam

vxorem

vxorem, ex qua suscepturnus est liberos, alit, futuris quoque liberis omnia præparat, quæcunque conductura eis ad vitam putet, & hæc quam plurima possit. Mulier verò concipiens tolerat hoc o-nus cum grauamine & periculis vitæ, alimento suo nutriens puerum, magno multo que cum labore usque ad partum perueniens. Postea etiam nutrit, atque pro eo procurat, à quo tamen nunquam antea beneficij quidpiam acceperat, quiq; non modò ignorat qui ei benefacit, sed neque declarare potest quibus indigeat. Mater verò per coniecturam quæ conducant, quæque grata sint eis, conatur adimplere. Multo quoque tempore nutrit diu noctuque laboribus affecta, ignorans quam istorum omnium mercedē habebit. Et nō sufficit solùm nutritre, sed cùm videntur filij posse discere quicquam, quæcunque ipsimet parentes ad vitam utilia habent, docent. Quæ verò putant alium magis posse do cere, pro his ad illum liberos ut doceantur, mittunt cum sumptibus suis, omnibusque modis procurant, ut quam optimi liberi eis efficiantur. Ad hæc adolescentulus ait: Etsi hæc omnia, certe aq;

his multò fecerit plura , nullus tamen posset profectò duritiē matris meæ suffferre. Tum Socrates : vtrum , ait, ferre immanitatēm putas difficiliorem ad sufferendum esse an matris ? Ego quidem, inquit, matris puto, quæ talis sit. Num igitur vnquam aut momordit , aut recalcitrauit tibi, quemadmodum multi à feris affecti sunt ? Non ista : sed ea dicit, inquit , me herclè , quæ nullus vnquam audire velit. Tu autem, quot , Socrates ait ei molestias tum dicto tum facto , à prima ætate , die noctuque præstitisti ? aut quantum doloris attulisti ægrotationibus vexatus ? Nil tamen, ait, vnquam aut feci , aut dixi , cuius illam pudet . Quid verò , inquit, difficilius tibi putas esse, quæcunque illa dicit audire, an histriones , cùm in tragœdiis alter alteri maximas contumelias dicant ? Sed tamen, vt arbitror , quoniam non putant nec illum qui redarguit , propterea redargueret ut damnum inferat , nec illum qui minatur propterea minari , ut mali quicquam faciat , æquo animo ferat . Tu autē cùm haud ignores , quod quicquid mater dicit, non modò non ut maleuola tibi dicit, sed volens, toti tibi bona fore

na fore, quot nulli alij, ægrè feres? An opinaris maleuolam tibi matrem esse? Minimè inquit hoc opinor. Si itaque, Socrates ait, istā cùm beneuola tibi sit, & quām maximè potest pro te procuraret ut sanus sis, nullóque priueris necessario, & ad hæc tibi multa bona fieri deosoret, & vota reddat, difficilem esse ais, nec potes talem matrem sufferre? Dic autem mihi, inquit: vtrum aliū quenquā putas oportere colere, an arbitratris te nulli hominum vñquām oportere placere, neque sequi, neque parere neque duci, neque alicui principi? Imò quidem, inquit, me herclè. Ergo vicino quoque, Socrates ait, tu velis placere, ut & ignem tibi accendar, cùm opus fuerit, in aliquóque bono te iuuet? et si fortuitu in aliquam incideris aduersitatem tanquam beneuolus & propinquus tibi possit prodesse? Ita equidē, ait. Quid verò comitem siue in terra, siue in mari, aut alium quenquam, non arbitraris interesse, amicum aut inimicum habere? An opportunum esse iudicabis amicitiam potius illorum consequi? Ita, inquit. Si itaque, Socrates ait, istorum omnium amicitiam magni existimādam

esse putas, nónne matrem etiam quæ plus te omnibus istis amat, putas oportere colere? An ignoras quòd ciuitas quoque aliam quidem non nimium curat in gratitudinem, nec in iudicium cōpellit, sed despicit, si quis beneficiis acceptis non reddat gratias? Si quis vero parentes non obseruet, hunc in iudiciū compellit, ac reprobat, magistratibúsq; omnibus indignum existimat, tanquam ab illo non possint neque sacrificia pīe sacrificari, nec aliud quicquā bene aut iustè agi. Nec solūm hoc, sed etiam si quis parentum defunctorum sepulchra non ornet, hoc etiam ciuitas inuestigat in electionibus magistratum. Tu itaque fili, si compos es mentis, & deos ut tibi ignoscant exorabis, si quid matrem neglexisti, ne ingratū te esse existiment, nec benefacere velint. Ab hominibus quoque cauebis, ne sentientes, quòd contemnas parentes, pro nihilo te habeant, & priuatus amicis omnibus affectus fueris. Si enim te arbitrabuntur erga parentes ingratum esse, nullus putabit te pro suspectis beneficiis fore in referenda gratia memorem. Lib. 2. de factis & dictis Socratis.

P A R

Ayuntamiento de Madrid

PARSIMONIA.

VIDE Frugalitas.pag.44.

PARTORVM CONSERVATIO.

MIHI certè & damnum & dedecus
multò magis esse videtur, parta non
tueri, quām quæ in aliorum sint poter-
state non vindicare: quantò scilicet gra-
uius est è diuite pauperem fieri, quām
omnino ab initio diuite non fuisse:
quantóque sit acerbius è regno ciici,
quām non esse regnum vnquam con-
secutum. Lib.7. de Cyri minoris ex-
peditione.

PATIENTIA.

SERVIDVM & patientia, bonorum
atque honestarum artium causa sunt,
vt optimis viris videtur. Dicit autem &
Hesiodus: Prauitatem quidem simul to-
tam licet eligere facilè: plana enim ad
hanc ducit via, cùm valde prope habi-
tet, virtuti verò sudorem præposuerunt
dij immortales. Longum enim & arduū

H 4

Ayuntamiento de Madrid

iter ad eam : quòd cùm asperum primū sit, amœnū postea sit , cùm ad ultimum quis peruenierit. Lib.2.de factis,& di-
ctis Socratis.

P A T R I A .

No n decet seditione contra propriā decertare patriam. Lib.1. de rebus Græcorum.

Patriæ proditorem supplicio affici decet.Lib.2.de rebus Græcorum.

Non te latere ô Pharnabaze arbitror homines in ciuitatibus Græcis confueuisse hospitalitatem inter se contraherere: at cùm bellum inter vrbes ortum est, illi quoque pro communi patria etiam contra hospites pugnare non dubitat: et si ita euenit , etiam illos obtruncant. Lib.4.de rebus Græcorum.

Patria sua cuique charissima est. In Hierone.

P A V P E R T A S .

Cv m mœstam aliquātulum vxorē cōspicerem , nec habere satis quod responderet: Quid inquam , subtristis es vxor , quòd fortè te accuso ? Sed scito

Ayuntamiento de Madrid

multò

multò tristiorē esse paupertatē, quę
quorum indiget vſus, non habet: præ-
fertim si quærat quod olim habueris,
magis quām si ab initio vnquam con-
ſueueris quærere, quod non habeas. In
Oeconomico.

Quid tu, inquit Socrates, ô Charmi-
des, qua re gloriaris maximē? Pauper-
tate, inquit ille. Certè, inquit Socrates,
rem dicis iucundam maximē: hæc enim
est minimē inuidiosa, minimēque pu-
gnarum effectrix, quæque sine p̄ficio
ſeruatur, ac si negligatur, magis corro-
borari solet. In cōuiuio Xenophontis.

Age igitur, inquit Socrates, rursus
dic Antisthenes, cur cūm tā pauca pos-
ſideas, tā magnificē de te propter opu-
lētiā sentis? Quòd existimem, inquit,
hominum diuitias aut paupertatē nō
in domibus esse, sed in animis. Video
enim multos idiotas, qui cūm multa ad-
modum possideant, ita tamen se paupe-
res putant, quòd suas augeant opes, &
plura acquirant, vt quemuis laborem ac
quoduis periculum subeant. Noui e-
tiam fratres, quorum patrimonia essent
paria, alterūmque quæ satis essent ha-
bere, præterque sumptus superare: alte-

xum verò omnium egere. Audio etiam tyrannos quosdam sic esurire diuitias, vt multa moliantur indigniora quam egentissimi. Nam propter indigentiam alij furantur, alij parietes diruunt, alij plagiarij sunt, liberosque pro mancipiis vendunt: suntque nonnulli tyranni, qui totas domos euertunt, complures occidunt, sēpe etiā totas ciuitates in seruitutem redigunt causa pecuniae: quorum quia graui morbo laborant, magnopere me miseret. Similiter enim eis accidit, vt si quis cùm multa possideat multaque edat, nunquam tamen expleatur. Ego verò tam multa habeo, vt ea vix ipse reperiam, tamen satis mihi est, cùm edo ad famem explendam, & cùm bibo ad sitim restinguendam, & ad corpus regendum, vt foris nihilo plusquam Callias iste ditissimus frigeam, & cùm domi sum, parietes mei mihi calidæ tunicae, & tecta crassæ admodum vestes esse evidentur. Stratum autem meū ita mihi satis est, vt difficile sit me vel è somno extirari. Ibi dem.

PEC

Ayuntamiento de Madrid

P E C C A T V M.

QVAE C V N Q V E per imprudentiam
ab hominibus delinquuntur, haec
omnia esse arbitror inuita.Lib.3.de pæ-
dia Cyri.

Neminem ex omni mortalium nu-
mero criminis carere cerno. At qui viden-
tur mihi erratis homines interdum me-
liores euadere, præcipue, cum illis eru-
diuntur, ut nos.Lib.6.de rebus Græcor.

P E C V N I A.

PE C V N I A, nisi bene utamur, procul
habenda est. In Oeconomico.
Vide, Diuitiae.

P E R I V R I V M.

NI H I L æquius, quam periuros meri-
ta affici poena.Lib.2.de Cyri mino-
ris expeditione.

Multa, inquit Xenophon, ut paulò
antè cœperam dicere, pulcherrimam sa-
lutis spem nobis pollicentur. Primùm
enim deorum fidem ratam habuimus:
at hostes & iurisurandi, & fœderis reli-
gionem

gionem omnem violarunt. Hęc cùm it^a
sint, & hostibus deos infensos, & nobis
propitios futuros consentaneum est.
Lib.3.de Cyri mino.exped.

Agesilaus admodum hilari fronte ca-
duceatorem Tysapherni renuntiare iu-
bet, ei non paruam se habere gratiam,
quòd periurio suo deos sibi infensos,
Græcis verò propitios reddidisset.Lib.
3.de rebus Græcorum.

P E R S E V E R A N T I A.

Nihil ad perfectionem sufficit fieri
bonos viros, nisi quis usque ad finē
curet in bonitate perseverare. Lib.7.
de pædia Cyri.

Magnum opus esse existimo vel prin-
cipium agere, multò etiam magis ma-
ius qui incepit, id tueri. Ibidem.

P I C T U R A E.

Picturae ac varietates plures de-
lectationes auferunt, quam adferūt.
Lib.3.de fact.& dict.Socratis.

P I E T A S.

Personas filiis iubent, ne furentur,
ne rapiant, ne in alienas ædes ingre-
diantur

Ayuntamiento de Madrid

diantur vi, ne iniustè percutiant quenquam, ne adulterium patrent, ne principi aduersentur, reliquaque huiusmodi. Lib. i. de paedie Cyri.

Ex Græcis manauit lex, qua hoc etiā tempore utimur, simpliciter pueros decendos esse, quemadmodum erga nos ipsos erudiimus famulos, verum dicere, & non decipere, neque habendi auiditati studere: quos si secus egerint, supplicio afficiamus, quo assuefacti huiusmodi consuetudine, ciues reddantur mitiores. Ibidem.

Dic mihi, ait Socrates, ô Euthydemus, qualem tu putas pietatem esse? At ille: Optimum quodpiam me herclè, ait. Habesne & qualem pium hominē esse diccas? Mihi, inquit ille, is pius esse videtur, qui Deum veneratione prosequatur. Licitne quo quisque voluerit moda deū honorare? Non, inquit, sed lege quā expositum sit, quid facere conueniat. Lib. 4. de fact. & dict. Socrat.

P O T E N T I A.

MVLTRICOFISI potētia, maiora quam possint facere conati, in multa incidunt

Ayuntamiento de Madrid

dunt pericula. Lib. 4. de factis & dictis
Socratis.

P R A E F E C T V S.

Hi pueris præsunt, qui selecti ex senioribus eos videantur reddituri quām optimos. Adolescentibus quoq; hi, qui ex absolutæ etatis viris perquām optimos eos existimantur effecturi. Viris autem ipsis hi sunt præfecti, quorum illi institutione censeantur quæ cōstituta sunt, & à magistratu maximo imperata maximè præstituti. Electi etiā sunt præsides seniorū, præsunt enim quò hi quoque suo fungātur officio. Lib. 1. de pç. Cy.

Minimè contemnetur præfetus, si quæ alios facere velit, ipse eadem melius quām illi facere videatur. In Hipparchico.

P R A E M I V M.

TURPE est aduersari, ne qui plurimū laborat, prodētq; Reipub maxima item præmia iure consequatur. Lib. 1. de paedie Cyri.

Bonos præmiis afficere, malos autem

Ayuntamiento de Madrid gœnis

pœnis, nōn metrisque conuenit? Lib.3.
de fact. & dict. Socratis.

Magna imminet bonis desperatio;
cūm ab ignauis se præmiis discretos nō
aspiciunt, & qui se periculis atque la-
boribus obiiciunt, cūm subterfugienti-
bus pari ratione haberi. In Oecono-
mico.

PRINCEPS.

Ego arbitror decere principem sub-
ditis anteire, non dolo & otio, sed
prudentia & industria. Lib.1. de pæ-
dia Cyri.

Decet principem non se bonum præ-
stare duntaxat, verūm etiam pro subdi-
tis diligentiam gerere, vt quām optimi
sint futuri. Lib.2. de pædia Cyri.

Quis dicere possit, quanti sit facien-
dum, vt princeps ametur à subditis?
Lib.7. de pædia Cyri.

Qui aggredetur multis hominibus
imperare, pararet habitare in ea vrbe,
quæ inter illustres sit maxima. Lib.7. de
pædia Cyri.

Qui meliores sunt, eos dignos exi-
stimus, qui subditis imperent. Ibid.

Nequa
Ayuntamiento de Madrid

Nequaquam certè conuenit esse prin-
cipem, quām subditos improbiorem.
Ibidem.

Ego, ô viri, s̄x p̄ numero etiam aliās
cogitaui, bonum principem nihilo dif-
ferre à bono patre. Nam & parentes fi-
liis prouident, vt bona his nunquam
sint defutura. Lib. 8. de pædia Cyri.

Et hæc quoque ita habent quemad-
modum item alia: quando princeps me-
lior sit, puriora iura constituit: quando
verò deterior, nequiora. Ibidem.

Non existimabat Cyrus fieri posse,
vbi ipse minus foret qualem deceret, vt
alios incitaret ad illustres bonásque a-
ctiones. Ibidem.

Existimabat Cyrus ita iure in illos
imperium gerere, si operam daret, vt
subditis declararet se omnium esse vir-
tute ornatissimum. Sentire enim vide-
batur etiam propter scriptas leges ho-
mmes fieri meliores: at bonum princi-
pem ratus est videntem legem esse ho-
minibus, quoniam satis est ei qui & mo-
deretur, & videat, puniatque delinuen-
tem. Ibidem.

Ad hæc, secum animo reputabat, si
omnes sui familiares p̄ij essent in deū,

minus

Ayuntamiento de Madrid

minus eos velle & inuicem & aduersus seipsum nefarij quicq̄ facere. Ibidem.

Cyrus existimabat neminē imperare decere , qui melior subditis non esset. Ibidem.

Pulchrius est principi, exercitum quā se ipsum locupletare, & ab hostibus p̄dā magis quām dona capere enīt. De Agesilai laudibūs.

Decet principē non mollitie, sed tolerantia priuatis hominibus p̄stare. Ibidem.

Mihi quidem videtur, etiam à diis homos quidā & gratia comes addita viro principi. Non solum enim formosiorē reddit virum principatus, verum etiam eundem hunc pulchriorē videmus, cum principatum gerit, quām cūm agit priuatum. In Hierone.

Hoc maximo est ornamento à principe magnificeri. Ibidem.

Ego sānē ne cōuenire quidē arbitror viro principi cum priuatis decertare, qui si vicerit tantum abest ut sit admiratiōni, ut magis sibi conflet inuidiam, ut qui ex multorum domibus, faciat impēdia. Cæterum si vicitus fuerit, omnium maximē deridetur. Ibidem.

I.

MULTI propter pulchritudinem ab illis perimuntur, qui pulchros vennantur. De fac. & dict. Socratis.

Enim uero pulchra, itemq; bona non ex ipsa tantum specie aut forma, quantum ex virtute metiri ac spectare licet. In Oeconomico.

QVALIS GUBERNATOR, TALIS POUVLVS.

VALES fuerint praefecti, tales etiam, qui sub ipsis sunt, frequentius fiūt. Lib. 8. de paedagia Cyri.

Ego semper illud verum esse putau, quales essent gubernatores, tales respub. existere solere. De vestigalibus.

RATIO.

OSTES nō ratione sed inconsultè aggredi delictū existit maximum: ira enim temerè omnia fiunt. Ratio verò nil inconsulti admittit, sed diligenter quo pacto

Pacto hostes offendere valeat, perpendit. Lib. 5. de rebus Græcorum.

R E G N V M.

NON est aureum sceptrum, quod regnum seruet, sed amici multi sceptra sunt regibus verissimum, maximèque securum. Lib. 8. de paedie Cyri.

Regnum autem & tyrannidem principatum quidem vtrunque esse putabat Socrates, at inter eos multū putabat interesse. Illum enim qui volentibus & non repugnantibus hominibus, ac secundum leges ciuitatum imperat principatum, regnum putabat: qui vero in uitis, & non secundum leges ad principis voluntatem ageretur, tyrannidem. Et ubi quidem principatus ab optimatibus, legumque obseruatoribus habetur, huc regendi modum Aristocratiā putabat: ubi vero à ditissimis, principatum ex censu: ubi autē ex omnibus, popularē. Lib. 4. de fact. & dict. Socratis.

R E S P V B L I C A.

SEMPER eam rem publicam optimā

I 2
Ayuntamiento de Madrid

esse iudicauit, quæ ab opulentioribus ac probis hominibus, armis ac viribus conseruantur. Lib. 2. de rebus Græcorum.

Quinimò & hoc quoq; cogitare oportet nō solum respub. sed & homines priuatos decere, dum maximè viribus florent ea acquirere, quæ illis quandoq; usui esse valeant, ut cùm necessitas inguerit, paratum quò refugiant præsidium habeant. Lib. 6. de rebus Græcorum.

Mihi quidem videntur ea quæ impeditunt Reipub. rectius collocari, quām quæ priuatim insumuntur homini principatum gerenti. In Hierone.

Hæ dicuntur beatissimæ Respublícæ, quæ plurimo tempore in pace viixerunt De vestigalibus.

R E S S E C V N D A E.

VI D E T V R mihi difficilius inuenire virum qui bona pulchrè ferat, quām qui mala. Altera enim in contumeliam multos, altera omnes in intemperantiā agunt. Lib. 8. de pædia Cyri.

Agesilaus cū secundis rebus vteretur, non homines despiciebat, sed gratias superis

superis habebat, ac fidēs tutusq; plures hostias persoluebat, quām anceps vouchat. De Agesilai laudibus.

REX.

MULTI sunt oculi regis, & multæ au-
res. Lib. 8. de paediat Cyri.

At rex omnes audit, qui dicunt se ali-
quid audisse aut vidisse dignum diligen-
tia. Ibidem.

Similia sunt opera boni pastoris &
boni regis. Nam & pastorē decet id præ-
stare, vt pecora habeant feliciter, & iis
vti, si tandem pecudum est felicitas. Et
regem identidem decet vrbes atque
homines felices facere, & iis vti. Ibidem.

Lex non fratrem regis, sed filium re-
gnare iubet. Lib. 3. de rebus Giæcorū.

Gemina regi portio datur, non socie-
tatis gratia, sed quò posseit quem velit
honorare. De Agesilai laudibus.

Nostrum neminem fugit Agesilaum
vbi existimasset patriæ profuturum, ne-
que labores fugisse, neque à periculis
abductum esse, neque pecuniis peper-
cisse, neque corporis neque sene&utis
imbecillitatem obtendisse : quinimò

boni regis officium esse ducebatur, ut plurimis eos bonis cumulareret qui sub imperio constituti essent. Ibidem.

Regiam autem potestatem non ver futia insignem esse, sed probitate dece re arbitrabatur Agesilaus. Ibidem.

Rex namque eligitur, non ut sui ipsius curā habeat, sed ut per ipsum qui eum elegerunt, in felicitate degant. Lib.3.de factis & dictis Socratis.

Reges autem & principes non illos esse qui sceptra ferūt dicebat Socrates, nec illos qui aut à quo cunque contin git electi, aut forte, aut violētia, aut de ceptione assumpti fuerunt, sed qui regere sciant. Cum enim quisque fateatur, principis quidem proprium esse, iubere quid oporteat facere, subditi vero parere: ostendebat & in nauī illum pri ci pēm esse qui sciat: patronum vero na vis, & alios nautas omnes obedientes scienti. Ibidem.

Nouimus enim eos qui nobis ob metum inseruiunt, quām possunt maxi mē assimilare amantium obsequia. At qui à nullo plus insidiarum regibus teat datur, quām ab his, qui se simulant a mare maximē. In Hierone.

Sipar

Ayuntamiento de Madrid

Si pax hominibus videtur ingens bonum, huius minima pars redit ad reges. Si pro magno malo bellum habetur, huius multò maxima pars ad reges pertinet. Ibidem.

R I S V S .

Qui amicos ad risum mouet, videtur quis mihi sanè rem efficere minoris aestimandam, quam qui eos multis in rebus ad fletum inducit. Quare ipse nunc si rectè consideres, vera à me dici reperies. Et parentes quidem reddunt filios fletibus temperantes, & magistri pueros bene eruditos. Ac leges ad iustitiam ciues impellunt, quia fletibus eos instituunt. Ridiculos autem homines possis ne dicere aut corporibus prodesse, aut animos reddere ad gubernationem rei domesticæ, ad administrandum ciuitatē aptiores?

Lib. 2. de pædia Cyri



I 4

SAPIENS.

SAPIENTIAM verò & moderationem non distinguebat Socrates. Qui enim bona atq; honesta sciat , vt eis vtatur : ac turpia cognoscat, vt ab eis abstineat, sapientem ac moderatum esse iudicabat. Interrogatus verò , si illos qui sciant quæ agere oporteret contrà verò facientes, sapientes & abstinentes esse arbitretur : Imò , inquit , insipientes potius atque ignaros : omnes enim, vt opinor, eligendo quam maximè possunt quæcunque eis conducere videantur, illa agunt. Quicunque ergo non rectè agant, neque sapientes nec moderatos esse. Lib.3.de factis & dictis. Socratis.

Patet hinc te non putare auro argento que homines reddi meliores, sed virtute fieri ditiores sapiétium dictis. Lib. 4.de factis & dictis Socratis.

SAPIENTIA.

VIDE T VR enim mihi Cyre ita habere , sine sapientia quidem neque alias

Ayuntamiento de Madrid

alias virtutis ullam esse utilitatem. Quid enim quisquam vtaur robusto forte, si insipiens fuerit? Quid equestri? Quid diuite? Quid potestatem habenti in ciuitate? una cum sapientia & amicus quisque utilis est, & seruus omnis bonus est. Lib. 3. de paed. Cyri.

Aiebat autem Socrates, iustitiam etiam, omnemque aliam virtutem, sapientiam esse. Omnia enim siue iusta, siue quaecunque cum virtute aguntur, bona atque honesta sunt: quæ si quis sciat, nec eligere, nec alia agere præter hæc potest: quod si conaretur, aberrat. Econuerso verò qui nesciat, nec agere illa potest, et si conaretur, aberrat. Cùm igitur tum iusta, tum etiā alia bona atque honesta, virtute perficiantur, patet iustitiam ac omnem aliam virtutem sapientiam esse. Insipientiam autem contrarium esse sapientiæ ponebat, non tamen inscitiā insaniam appellabat: sed ignorare seipsum, ac illa quæ nesciret, opinari cognoscere, hoc prope insaniam esse aiebat. Lib. 3. de fac. & dict. Socratis.

Sapientia absque dubio bonum est. Quid nanque non melius agat sapiens,

quam indoctus? Lib.4. de factis & dictis Socratis.

S E N E C T V S.

Quod si plus temporis viuam, fortassis & ea subeam necesse erit, quæ secundum sunt, ut minus videam, minus audiam, peiusque intelligam, siamque ad discendum tardior, & obliuiosior, & quibus erâ melior, siam deterior. Quæ omnia si non sentiam, non esset mihi viuendum: si sentiam, necesse est ut peius insuauiusque viuam. Lib.4. de factis & dictis Socratis.

In senectute omnia dura confluunt, nimirumque gaudiis spoliata est. In apologia pro Socrate.

Nunc autem si longius processerit ætas, scio necessarium fore ut senectutis subeam onera: peiusque videre, & minus audire, hebetarique ingenium ad discendum, & quæ iam didiceram, facilius obliterari. Ibidem.

S E N I O R E S.

Qui inter perfectæ ætatis viros si-
Ayuntamiento de Madrid nc re

ne reprehensione se gesserint, fiunt ex ordine seniorum. Et ita seniores hi constituuntur, qui per omne honestatis genus vitam egerint. Lib. 1. de pædia Cyri.

Seniorem oportet incipere in omni verbo & opere. Lib. 2. de factis & dictis Socratis.

S E P V L T V R A.

MEVM verò corpus, inquit Cyrus, ô mihi charissimi filij, cùm moriar, neque in auro condite, neque in argento, neque in alia re prorsus vlla, sed illud terræ reddite quàm primum. Quid enim hac re beatius quàm terræ miseri, quæ pulchra omnia, bona omnia & dignit & nutrit? Lib. 8. de pædia Cyri.

Vbi ego oculos clausero, peto à vobis filij, nemo amplius corpus meū intueatur, neque vos etiam ipsi. Atq; Persas quidem omnes ac socios iniuitate ad monumentum meum, qui vnā mecum lætentur, quòd iam securo in loco futurus sum, vt pote qui nihil amplius malipatiar, neque si cum diis fuero, neque si nihil amplius sim futurus. Ibidem.

Sermo

Ayuntamiento de Madrid

SERMO.

At dij quidem hoc concessere homi-
nibus, alios vt doceat oratione, quo
facto opus sit. De re equestri.

SERVVS.

QUOTIES modestos atq; utiles ser-
uos nactus fueris, his benignè fa-
cies: contrà verò ignauos plectes. In
Oeconom.

Ego seruos meos partim Draconis,
partim Solonis legibus ad iustitiam re-
uoco. Hi sanè mihi videntur tali formula
iura conscripsisse, vt fures deprehen-
si vincirentur, grassatores vero capite
plecterentur. Ob hæc palam est eos tan-
tum voluisse improborum hominum
turpe lucrum irritum facere. Ego verò
huiuscmodi tum regias leges usurpan-
do, conor ad officium seruos reducere:
illæ nanque peccantibus pœnas infligunt:
regiæ verò leges etiā bonos mu-
nerare contendunt. Quo sanè exemplo
plerique etsi lucri appetētes permoti,
missa nocendi arte, bona via ingrediu-
tur. Quos verò videam mea scmel be-
nigni

nigit ate affectos perperam agere, hos tanquam inutiles penitus abdico. Quos verò quāquam probos, magnóque dignos, non tam studere avaritiæ quām gloriæ, à me tantum laudes expectare, his ego tanquam liberis vtor, eos insuper diuitiis atque honoribus cumulo.
Ibidem.

SIMVLA C HR VM.

SIMVLA C HR VM nullam affert volūptatem, desiderium autem ingenerat. In conuiuio.

S O M N V S.

S O M N V S valde rebus agendis est impedimento. In œconomico.

S O P H I S T AE.

MIROR autem nonnullos qui Sophistæ vocantur, quod se iuuenes ad virtutem prouhere dicant, quos ab ea procul auertunt. Nam hominem nusquam vidimus quem hi sophistæ bonū fecerint, cùm nec literas quidem tradant,

dant, ex quibus bonos euadere oportet. Sed ab his multa de inanibus rebus conscripta sunt, ubi non virtus inest, sed voluptates iunioribus inutiles: quin etiam descendit cupiditas in his frustra versari faciunt, & a rebus aliis utilibus prohibent, atque ea docent, quae parum honesta sunt. Vitia igitur eorum maiora magis vitupero, scripta vero, quod verba illis exquisita sunt: rectas sententias, quibus iuniores ad virtutem instituerentur, nullatenus. Evidem vulgaris homo sum, scio tamen primum esse, ab ipsa natura, id quod bonum est perdiscere: proximum, ab his potius qui vere boni scientiam tenent, quam ab aliis qui fallendi artem possident. Itaque verbis forsitan insulte loquor: nam hoc non quaero, sed recta exquirto dicere precepta, quibus ad virtutem liberè educati iuuenes utuntur. Neque enim verba, sed sententiae, si honestae fuerint, doctos faciunt. Vituperant autem & alij multi sophistas istos, non philosophos, qui prudentes sunt verbis, sed re minimè. Nec me latet criminaturos quam primum, quod bene &

ne & ordine scriptum sit , non recte
scriptum esse. Id enim ipsis facile erit:
sed tamen ita scriptum est , vt hone-
stum sit , nec sophisticos , sed bonos
sapientes faciat : neque enim hæc vi-
deri malo , quām esse vtilia , vt nun-
quam reprehendi possint . Sophistæ
verò ad fallendum dicunt & scribunt,
vt lucrum faciant , & nihil cuiquam
prosint: nam ex his nec fuit , nec est
sapiens ullus : sed habet quisque sa-
tis vt sophista vocetur , quod apud
sanos dedecus est . Moneo igitur so-
phistarum profesiones vitandas esse,
philosophorum verò præcepta non
aspernanda . Nam sophistæ auapan-
tur eos qui diuites sunt , & iuuenes:
philosophi omnibus communes sunt
& amici: fortunas hominum nec ob-
seruant , nec contemnunt . Nec verò
probaueris qui lucrum temere sequun-
tur publicum atqüe priuatum , cùm ti-
bi apud animum proposueris bonos
& meliora sentire , & laboribus de-
di : malos & voluptatibus affici , &
deteriora consulere : nam priuatas res
& publicas usurpant . Libro de vena-
tione.

Studium.

Ayuntamiento de Madrid

S T V D I V M.

VELIM ô Critobule , scias hanc esse breuissimam , securissimam , optimamque ad hæc omnia viam , in quo- cunque volueris bonus apparere , in eodem effici quoque bonus conari . Lib. 2. de factis & dictis Socratis .

Considerádo autem reperies omnes quæcunque apud homines virtutes dicuntur , studio ac disciplina augeri posse . Ibidem .

Omnes homines oportet , siue boni , siue mali ingenij sint , discere atque studere in eis , in quibus velint excellere . Lib. 3. de factis & dictis Socratis .

Cùm quidam verò Socratem interrogasset , quid ei videatur optimum homini : studium respondit bene agendi . Ibidem .

T E M P E R A N T I A.



N T E R cœnandum oportet
& prudentes apparere , & mo-
deratos : at moueri esculentis
& potulētis videtur esse por-
cinum

cinum admodum & immane. Lib.5.de
Pædia Cyri.

VIDE, frugalitas.

T I M O R.

SCIENT non eos quibus bene, sed quibus malè factum est, ne viribus crescant, timendos esse. Lib.6.de rebus Græcorum.

Fiducia namque negligentiam, inertiam, & inobedientiam parit:timor autem circunspectos, obedientes, ac ordinatos homines reddit. Magnum argumentum huius nautas habes, qui quan- diu nil timeat, nullo ordine cuncta per- agunt. Cum verò aut tempestatem, aut bella suspicantur, non modò facilimè quæcunque eis dicantur perficiunt, sed etiam magno cum silentio attendunt quid eis præcipiatur, sicuti illi qui tripu- diis vacant.Lib.3.de fact.& dict.Socrat.

VIDE Metus.

T Y R A N N I S.

IN tyrānide decorum existimatur plus habere quam omnes.Lib.1.de pæ.Cyri.

K

Ayuntamiento de Madrid

Non minus iniustum est vi emere, quam vi impotenteribus quid extorquere. Lib. 3. de rebus Græcorum.

V I D E Regnum.

T Y R A N N Y S.

TYRANNI non solum in homines sunt iniustissimi, sed erga deos quoque maximè impij ac sceleratissimi. Lib. 2. de rebus Græcorum:

Priuatis, nisi ciuitas bellum communne susceperit, protinus liberum est quounque voluerint proficisci, nihil formidantibus ne quis ipsos interficiat. Tyranni autem omnes quoquo se conferant, quasi per hostilia castra proficiuntur: eoque necesse putant, ut & ipsi semper sint armati, & alios armigeros iugiter secum circumferant. Prætereà priuati etiam si quando proficiantur in expeditionem, tamen simulatque dominum se receperint, existimant sibi res esse tutas. Contrà tyranni cum in suam peruenient ciuitatem, tum intelligunt sese inter hostes esse plurimos. Quod si qui potentiores alij ducant exercitum aduersus ciuitatem, licet qui sunt extra

mœnia

mœnia quoniam sunt inferiores, in periculo videantur esse, tamen simulac intra munitiones, se receperint, omnes se credunt esse in tuto. At tyrannus nemquam quidem liber est à periculo, cùm in domus suæ penetralia peruenierit: quin potius tum maximè putat esse cauendū. Insuper p[ro]p[ri]us, interim per fœdera, interim per fidem datur à bello requies: tyrannis autem nunquam pax est cum his quos imperio premunt, neque quicquam tyrannus vñquam fœderibus possit fidere. Iam bella partim sunt quæ gerunt ciuitates, partim quæ tyranni cùm his quos opprimerunt. Ex his sanè bellis quicquid est malorum, ea tyrannus cùm ciuitatibus habet communia, eò quod necesse sit & tyrannum & ciuitatem tum in armis esse, tū excubias agere, tum periclitari: & si quid triste acciderit victis, utrique super hoc discutiatur. Atque hactenus, quidem par est illis bellorum conditio. Cæterum quæ iucunda accidunt ciuitatibus, cùm ciuitatibus bellum gerentibus, ea tyranni nō habent. Nam ciuitates profectò si quādo deuicerint hostes, haud dictu facile sit, quantam capiant voluptatem, dum

inimicos cogunt terga vertere, quantā
 dum fugientes inseguuntur, quantam
 dum trucidant hostes: quām verò exul-
 tant ac gestiunt de re præclarè gesta,
 quām illustrem referūt gloriam, quām
 gaudent arbitrantes rem publ. commo-
 dis auctam esse. Tum illorum quisque
 iactat se & consilij fuisse, cipem, &
 quām plurimos dedisse. Difficile
 verò reperias, vbi non etiam affingant
 aliquid, narrantes se plures occidisse,
 quām re vera perierint: usque adeò res
 istis videtur speciosa, quòd ciuitas vice-
 rit. At tyrannus vbi suspicatur, aut etiam
 re compertum habet esse qui ipsi relu-
 centur, postquam occiderit illos, no-
 uit non totam ciuitatem in ipsius par-
 tes accessuram, neque nescit quòd iam
 paucioribus sit imperaturus: eóq; non
 potest hilaris esse neque se iactat de fa-
 cinore, sed rem eleuat quantum potest,
 excusatque sese simul hoc agens, vt ne
 per iniuriam fecisse videatur. Adeò nec
 ipsi quod geritur honestum esse vide-
 tur. Deinde occisis quos metuebat, ni-
 hilo magis ob id securus est, quin po-
 tius iam magis sibi cauet quām antea.
 Ac tyrannus quidem tale bellum habet
 perpetuò

perpetuò, quòd ipse in me perspicuum facio. In Hierone.

V A L E T V D O.

VE L I M scias, nullam ad rem exequendam tibi corpus futurum impedimento, si viribus rectè valeas. Ad quævis enim peragēda, corpus huiusmodi perutile est: in omnibúsq; corporis usibus multò differt robore ne valeas, an imbecillitate interpellaris. Quę quidem ad ingenium spectant, etsi minimè putas commercium habere cum corpore, fit tamen ut à corporis imbecillitate impediantur. Nam obliuio, mœror, furor, duritięsque animi nonnunquam à corporis mala valetudine oboriuntur. Qui bus verò corpora rectè valeant, nullum inde ad mentem periculum redundat. Itaque valetudinem integrum ad omne quod ab imbecillitate manat tollēdum incommodum valere constat. Pro his igitur tollendis quæ, vt diximus, aduersa sunt, quis mentis compos non etiam maximos labores sustinet? Turpe etiā

est per socordiam senescere, antequam
compertum habeat, quid viribus valeat.
At comperisse hæc poterit nemo, nisi
experiatur: non enim sponte sese ostendat. Lib. 3. de rebus & dictis Socratis.

V A T E S.

V A T E S quidem aliis futura prædice-
re dicuntur, sibi autem quod impen-
det non præuidere. In conuiuio.

V E N A T I O.

V E N A T I O N I S studio dediti magnâ
ex eo utilitatem capient. Nam cor-
poribus bonam valetudinem compa-
rant, hinc vident audiuntque magis, se-
nescunt minus. Hæc ad bellum præci-
puè instituit. Primo quidem si vias ini-
quas sub armis ambulant, minus lassan-
tur: nam labores sustinent, quibus feras
capere consueuerunt. Deinde poterunt
humi iacentes quiescere, ad imperato-
ris edictum præstò esse. In adeundis ho-
stibus inuadere simul & imperata face-
re, cum feras ipsi hoc modo venentur.
Nec verò in fronte locati deserūt acies,
quia

quia paratissimi sunt. At in hostium fuga vbiique illos propter locorum peritiam rectè ac tutò persequuntur. Quòd si exercitus suus infeliciter pugnauerit, in syluosis, abruptis, iniquisque aliis locis, se ipsos cum cæteris non turpiter saluare poterunt. Nam consuetudo vendandi non nihil eos peritiores reddit. Et hi plerunque, magna commilitonum turba fugiente, victores hostes propter locorum difficultatem errantes, suo ipsi robore & audacia repugnando tergadare coegerunt: nam fortuna ferè corporis & animi fortitudinem comitatur. Quòd cùm maiores nostri cognoscerent hinc rem aduersus hostes bene geri, studium hoc iuuenum instituerunt. Nam cùm ab initio frugum penuria laborarent, venatores tamen non prohibere sanxerūt, quia videlicet nil eorum venantur, quæ de terra gignuntur: quin etiam intra multa eos studia non pernoctare, ne huius artis periti homines sua ipsos venatione priuarent: videbāt enim hanc vnam eorum voluptatem iunioribus bona multa comparare cùm modestos eos faciat & iustos, quòd procul à dolo erudiantur, & res bellicas per

hanc sibi succedere intelligebant: quæ si quid aliud honestum exercere velint, nihil impedit, sicut paruæ aliæ voluptates, quæ descendæ non sunt. Hinc igitur boni milites, boni imperatores euadunt: nam illorum ex animis, corporibus, labor turpitudinem & contumeliam expellit: contrà verò cupiditatem virtutis ingenerat. Hi optimi sunt, quippe qui nec patriæ iniuriam inferri, nec regionem suam malè pati sinerent. Lib. de venatione.

V I C T O R.

NECESSUS est parere vincentibus.
Lib. 5. de pædia Cyri.

Victores sequi lucrosum est. Lib. 5. de rebus Græcorum.

V I C T O R I A.

Si victoriam amatis, manete ac pugnate. Stultum est enim qui potiri volunt victoria, hos terga, & eas corporis partes quæ & armis vacant & manibus, per fugam aduersariis opponere. Stultus etiam est, si quis vitæ appetens

se

se fugæ commiserit , cùm non sit ignarus victoria parari salutem , at mortem fugientis magis quàm manéti occumbere. Atque ille quoque stultus est , qui pecuniarum cupidus vinci æquo animo patiatur. Quis enim ignorat victores & suas sibi res saluas facere , & succubentium bona etiam capere? victos autem , & seipso vnâ & sua omnia amittere? Lib.3.de pædia Cyri.

Apud vos ipsos iudicato semper, vtrū virtusne magis , an fuga animas seruet: & vtrum qui libenter pugnant, facilius liberentur, an qui minus libeter: & quam victoria voluptatem præbet.Lib.4. de pædia Cyri.

Id enim planè omnibus perspicuum est, non numero, aut corporum robore victoriam comparari, sed vtri in hoste, diis vtrique iuuantibus , animo firmiore impressionem fecerint , eos esse quorū ille impetum sustinere non possit. Illud etiam mihi in mentem venire solet, qui quo quis modo, vt viuere liceat, ab hostibus impetrant , eos plerunque turpiter ac miserè mori. Contrà verò, quicunq; moriendi omnibus communem ac necessariam legem esse , animo reputan-

tes , neque certamine , neque periculo
villo proposito , honestam mortem de-
precautur , eos ego ad senectutem per-
uenire video , & quoad viuant , beatio-
ris multò vitæ muneribus fungi . Lib.3.
de Cyri minoris expeditione .

Qui viuendi cupiditate tenetur , is
vincere contendat : est enim victori ho-
stium cædes , victo mors propôita . Qui
postremò pecuniam concupiscit , in vi-
ctoriæ studium incumbat : quòd si vice-
rit , & sua tueri , & quæ in hostium sunt
potestate , sibi vendicare facile potest .
Ibidem .

Facilè dij victoriam concedere pos-
sunt . Lib.2. de rebus Græcorum .

Ita rem aggredi oportet , vt vnuſquis
que victoriam in manibus suis sitam ar-
bitretur . Ibidem .

V I C T V S , S E V A L I- M O N I A.

DOCE N T etiam Persæ pueros tem-
perantiam : ad quam descendam eis
plurimum conducit , quòd vident senes
ipſos quotidie temperanter vitam age-
re . Lib.1. de pædia Cyri .

Ayuntamiento de Madrid

Hoc

Hoc insuper omnium maximè memineris, nunquam expectandum esse, ut tum commeatum pares, dum ipsa caritudo te coegerit: sed cum maximè abundaueris, tum ante indigentiam illum strue. Etenim magis à quibus opus fuerit, eum consequeris, cum non visus fueris indigere. Ibidem.

Primum equidem, inquit Cyrus, operam do, ne unquam saturer: id enim difficile est & graue. Dein vero per laborem immissa consumo. Ita enim mihi videor, & perseverantius bene valere, & robustior effici. Ibidem.

Perpetuò ad alienam mensam, perinde ac canes solent, respicere, miserrimum est. Lib. 7. de Cyri mino. exped.

Tali autem modo viuendi corpus ac animam castigauit Socrates, quo quispiam vsus, nisi quid diuinum impedit, facilimè atque securè degat, tantóque sumptu non careat. Tam enim paucis vtebatur, vt nescio quis tam modicum laboraret, qui non posset lucrari quæ Socrati satis essent. Cibo nanque tam parcè vtebatur, vt iucundè comedederet: atque ad illum ita ibat paratus, vt propulsis esset sibi cupiditas comedendi.

Potus

Potus verò omnis erat ei gratus , prop-
terè quòd nunquam bibebat nisi si-
tiret . Si quando verò in conuiuum con-
uocatus voluisset ire , à quo difficillimū
plurimis cauere est , præterquam deceat
saturari , facilimè ipse ab illo cauebat .
Qui verò hoc facere non poterant , his
consulebat abstinere ab illis quæ per-
suadent non famescendo comedere , ne
que sitiendo bibere : hæc enim esse aie-
bat , quæ ventribus , capitibus , atque ani-
mis noceant . Arbitrari autem , iocando
dicebat , idcirco suęs homines effici à
Circe , quoniam multis talibus illos nu-
triebat : Vlyssem autē partim Mercurij
consilio , partim abstinentia sua , suem fa-
ctum non fuisse . Lib . 1 . de fac . & dic . Soc .

Nutritum nanque principium o-
mnium est , nec ullus viuere possit , nisi
nutriatur . Lib . 2 . de fact . & dict . Socrat .

Cùm nutrimento nobis opus esset ,
hoc è terra nobis dij produxere , ac tem-
pora ad istud congrua præbuere , quæ
non solùm quibus indigemus multa at-
que diuersa , sed etiam quibus delecta-
remur , afferrent . Lib . 4 . de factis & dict .
Socratis .

**Ministeria aliena nihil ad aliendum
profunt**

prosunt : matrum lac & habitus bonus est, & fomenta iucunda sunt. Lib. de veneratione.

Illud sat scio tu quoque vel experientia compertum habes, quò cuique plura suprà quām sat est, ac redundātia apponuntur, tāto citius edendi satietatem oboriri. Ita fit ut ipso quoque tempore, quo cibum capis, si multa apponantur, deterius habeas, quām qui moderato sunt viētu. In Hierone.

Cui perpetuò supperit omne genus epularum, nihil illorum sumit cuin appetentia. Verùm cui quid raro contingit, is demum est qui cum voluptate satiatur, si quid illi obiiciatur. Ibidem.

V I N V M.

VINVM animos rigans, tristitias & dolores quemadmodū Mādragoras sopit: & hilaritatem, quemadmodū oleum flamمام, excitat. Itaque virorū conuiuiis eadem accidunt, quæ iis, quæ ex terra nascuntur. Etenim illa, cùm Deus nimio imbre irrigat, recta stare non possunt, nec auris perflari: vt cùm quantum requirunt, tantum biberint, tum & recta

recta augescunt, florent, ad frugemque
perueniunt. Eodem modo & nos, si ni-
mio vino nos ingurgitauerimus, statim
tum corpora, tum mentes concidunt,
nec respirare, nedum loqui possumus.
In Conuiuio.

V I R.

VIDE, Bonus Vir.

V I R I E T M V L I E R I S
O F F I C I A.

QONIAM verò vtraq; hæc & ex-
tra & intra domum diligentiam
expetunt, mihi videtur Deus naturam
mulieris ad curam intus suscipiendam
in lucem protulisse: mollioréque corpo-
re, vt intra parietes officium obiret. At
viri corpus animumque, frigora, æstus,
itinera, expeditiones facile tolerare co-
stituisse: quapropter illi foris res agen-
das delegasse. Rursus illas ob infantium
curam maiore erga liberos charitate,
tum ad custodienda, quæ à viris parta-
erent, metu vehementiore, qui rebus
affluādis vtilis foret, præditas esse vo-
luit.

luit. Viro insuper, cui tueri extranea facta incumbit, ac oppugnanti resistere, maiorem addidit audaciam, memoriam verò ac diligentiam parem: atque in medio posuit, qua pro suo quisque officio cùm dando, tum accipiendo usurus esset. Eadem ratione & abstinendi ab his quæ oporteat rebus vtrisque facultatē æquè concessit: qui verò probatior, hic lögè meliora ad coniugē afferet. Quas igitur ob res cùm hominum natura vtri que non sufficiat officio, ea potissimum causa inter se matrimonio deuincti sunt sibi inuicem hoc pacto vtiles, vt quod alteri deesset, alter suppeditaret. Hæc nos, vxor, decet considerare, vt suas quisque partes quam optimè absoluamus. Deus item vxorem pulchriorem condidit, vt formam cum pudicitia se domi continendo tueretur. Virum torosiem, vt extrà magis ageret, edidit. Si quis autem huiusmodi ordini aduersus ierit, aut viri partes vxor, seu viri vxoris pergerit, vltorem se sentiet habiturum Deū, qui apum exemplum nobis antè oculos posuit, quarū dux haud absimile huiuscmodi officio, quod subiuri sumus, exequi videtur. Nam quod

quod illa in alucari exercet, nobis munus incumbit. Illa equidem in otio esse apes non sinit, sed quas oportet ad opus extra mittit, importatāq; ab eis excepit ac seruat, donec tempus vsus veniat quæ æquè omnibus diuidit. Intus fauis incubantibus ipsa præsidet, vt pulchrè ac celeriter conficiantur. Partus vti nutriantur, curat: quos iā adultōs, operi que aptos viderit, aliò trāsmutat, ac tanquā in colonias cū duce mittit. Me quoque, inquit vxor, talia peragere necesse? Necesse prorsus, inquam ego, te domi manentem seruis officia diatribuere, ac eos qui opus extrà facturi sunt, cmittere: aliis verò intus ipsam præsidere, ac illata recipere, quæq; ex his esu absumi oportet, partiri: quæ autem obseruāda, condere: ac prouidere, ne quæ annum durare debent, uno mense absumentur. Cùm lana domum refertur, curandum vti vestes scrutiis conficiantur: vt triticum, cæteræque segetes ac legumina, proba sint vsui, ac facilè mandi possint. Sed vnum præter cætera tibi seruandū, quod plus gratiæ sit habiturum: seruos videlicet cùm in morbo\$ inciderint, curare vti curentur recte. Per Iouem, inquit

quit vxor, vera mones, si illi gratiam habituri sint, ac propterea magis benevolentia. At profecto inquam ego, apud dux, quem modò diximus, haud alia de causa, quam ob hanc curam, à suis tantopere diligitur, ut quocunq; abscedat, eum omnes subsequantur, minimèq; deferendum putent. Miror, inquit illa, si non magis ad te pertinet exemplum apis quam ad me. Nam & mea domi custodia, operumque distributio ridicula prorsus videatur, nisi tu cures ut domū aliquid importetur. Ridicula, ego inquam, & mea fuerit importatio nisi fuerit qui eam conseruet. An ignoras, qui fractis dolis dicuntur haurire, quam frustra laborent, in quantave sint miseria? Miseri profecto, inquit ille, si hoc agunt. Sed & alia, inquam ego, sunt tibi in hoc genere ediscenda precepta. Quoties lanæ ac telæ nescientem famulam acceperis, si eam erudieris, altero tanto facies valentiorem. Si item ministerij nescientem, artem ministrandi docueris, pluris existimatam possidebis. Quoties modestos atque utiles facta fueris, his benignè facies, contrà verò ignauos plebes. Omnino illud mihi iucundissi-

L

Ayuntamiento de Madrid

mum fuerit si me ipso melior apparebis,
ac me ministrum quodammodo tuum
facies. Nec id verebere, vt per ætatem
vilior domi habearis. sed ita tibi per-
suade, quòd modò fida mihi liberisque
nostris appareas, quanto senior, tanto
honoratior domi fueris. Enim uero pul-
chrā, itēmque bonā non ex ipsa tantū
specie aut forma, quantum ex virtute
metiri ac spectare licet. In Oeconom.

VIRTVS.

FIT persēpe, vt habeant plures qui se-
cum sentiant improbi viri quām p̄bi.
Improbitas enim proficiscens per subi-
tas voluptates, harum persuasionibus
vtitur, quò multi secum sentiant. At vir-
tus ad arduum agens, non est admodū
præpotens, vt subitò inconsulto que ad
se trahat, præsertim ubi alij sint, qui cō-
trà ad declive mollēque adhortentur.
Lib. 2. de pædia Gyri.

Virtuti atque bonæ gloriæ ne
bona quidem omnia Syrorum Assyrio-
rumque tuis addita bonis præferenda
sunt. Lib. 5. de pædia Cyri.

Nihil est virtute fructuosius. Lib. 7.

Ayuntamiento de Madrid

de pædia Cyri.

Ei qui virtute carcat, neque aliud quicquam decet pulchrè esse. Lib. 8: de pædia Cyri.

Virtuti verò sudorem præposuerunt dij immortales. Longum enim & arduū iter ad eam: quod cùm asperum primū sit, amœnum postea fit, cùm ad ultimum quis peruerterit. Lib. 2. de fact. & dict. Socratis.

Quòd si virtus quasi corpus perspici posset, homines eam fortasse minus negligerent: quia sicut à se illam, ita se ab illa videri intelligerent. Quilibet enim cum ab amato videtur, seipso melior existit: nam nec turpia, nec indecora dicit aut facit, ne ab illo videatur. Nunc verò probra multa & flagitia palam admittunt, quòd se à virtute videri non putat, cùm etiam eam ipsi minimè perspiciant. Illa verò ubique adest: nam imminotalis est: & ut quisque erga se fuerit, honore bonos, ignominia malos asticit. Quòd si ab ea se conspicere noscent, labores atq; doctrinam quibus vix illa percipitur, addirent, vt ipsam acquirerent. Lib. de venatione.

L 2

VIRTUTIS ET PRAVITATIS DESCRIPTIO.

Ne c nō sapiēs Pro dicus in illo quod de Hercule edidit opere , similiter disputat de virtute in hunc modum , quantum ego memini , dicens : Ait nanque Herculē cūm à puerili aetate ad adolescentiam perueniret , cum adolescentes iam sui arbitrij effecti , ostendunt siue per viam virtutis siue vitiorum vitam suam ducent , egressum à ciuitate in solitudinem , confessisse cogitationibus agitatum , vtram viarum supradictarum præponeret : vbi duas ad eum apparuisse accedere mulieres magnas , alteram honestam & liberalem visu , ex ipsa natura corpus quidem munditia ornatum , oculos verò verecundia , effigiem autem totam castitate , alba ueste vestitam : alterā verò ad carnositatem atque molitiem esse nutritam , ornatam verò colorem quidem ut albior atque rubicundior : effigiem verò ut rectior quam à natura esset , appareat : oculos autem vagantes atque apertos habentem : tali ueste vestitam , ex qua pulchritudo quam maximam coruscet : sæpèque se ipsam respicit

Cere & attendere , si quis etiam aliis eā
videret: non nunquam autem & ad pro-
priam vmbram aspicere. Cūm autē pro-
pius Herculem accesserūt, primam qui-
dem eodem modo ire, alterā verò præ-
uenire volentem, cucurrisse ad Herculē,
atque dixisse. Considero te ô Hercules,
dubitantem quam viam eligas. Si itaq;
me diligas , ad voluptuosissimam facili-
māque te ducam viam: & illa quidem
quæ delectant omnia gustabis , laboris
expers viuens. Primū nanque neque
bellorum , neque negotiorum curam
habebis , sed potius considerabis quem
tibi gratum aut cibum, aut potum inue-
nias, quidve visu, aut odoratu, aut tactu
voluptuosum percipias , quibūsque cu-
piditatibus usus, quām maximē delecta-
tione affectus fueris, quóq; pacto mol-
lissimē dormias , & abīque laboribus
omnia ista obtineas. Quòd si quando
deficere illa quibus hæc acquiruntur su-
spicio sit, nō erit tibi necessitas labora-
re, corpūsque animāque pro inueniē-
dis istis conterere : sed illis tu uti pote-
ris quæ cæteri operantur, à nulloque
abstinebis: unde lucrum aliquod subo-
stendatur: vnde nanque utilitatem

suam acquirere meis necessariis licet.
 Hæc cùm audisset Hercules : O mulier,
 inquit, quod nomen est tibi? At illa: Mei
 quidē necessarij, ait, Felicitatem me ap-
 pellant: qui verò oderunt, Prauitatem
 me nominant. Cúmq; hæc dicerentur,
 altera mulier accessit, & dixit: Ego quo-
 que ad te venio Hercules, cùm scia tuos
 parentes, naturámq; tuam, & ingenium
 in studiis cōsiderassem, è quibus non mo-
 dicum spero, dum in odo meam eligas
 viam atq; doetrinā, & te virtutis cupidū
 honorumq; ac honestorū operum effici
 cultorem, méq; multò honorabiliorem
 & in bonis præclariorē fore. Non deci-
 piām autem te, à voluptate exordien-
 do, sed qualem rebus dij contulerūt na-
 turam, tibi cum veritate narrabo. Nil e-
 nim eorum quę bona atq; honesta sunt
 dij hominibus sine labore & studio præ-
 stant. Sed siue deos esse tibi propitios
 vis, colendi sunt ipsi dij : siue ab amicis
 diligi, amicis beneficiendum : siue à
 quadam ciuitate honorari desideras, ci-
 uitati aliqua vtilitas adferenda : siue à
 tota Græcia ob virtutem admiratione
 dignus existimari, conandum est toti
 Græciæ benefacere : siue tibi terraen
fructus

fructus producere, terra colenda: siue à iumentis diuitias acquirere, iumentorum tibi cura habenda est: siue per bellum desideras augeri, ac vis amicos quidem à seruitute liberare, inimicos verò in seruitutem redigere, bellicæ artes & descendæ sunt ab illis qui sciunt & exercendum in eis, quomodo eis debeas vti. Si verò velis corpore etiam fortis esse, subiiciendum est animo corpus, ac exercendum in laboribus atque sudoribus. Prauitas verò subridens, vt Prodigus narrat: Intelligis, ô Hercules, inquit, quam asperam a longam viam ad delectationes hæc mulier narrat? Ego verò per facilis ac breuissima via ad felicitatem te ducam. Ad hæc Virtus respondens: O misera, inquit, quid boni tu habes, aut quid tibi suave videri potest, cum nihil horum gratia agas, nec suauium desiderium expectes, sed antequam cupias, omnium istorum implearis? Nam antequam famescas, comedis: & antequam sitiás, bibis: & ut cum voluptate comedas, exquisitorum ciborum vteris coquis: ut verò voluptuosè bibas, vina varia pretiosaque, ac in æstate circumiens hinc

& illinc queritas niuem. vt autem quam suauiter dormias, non solum stratum molle supponis, sed lecticas, ac lecticis sustentacua præparas. Non enim propter laborem, sed quoniam nil habes quod agas, somnum desideras. Res vero venereas omnibus machinationibus, & antequam corpus indigeat, exerces. Ipsis etiam viris, vt mulieribus vteris. Sic enim tuos amicos instruis, nocte quidem in turpitudinibus vacans, quod autem utilissimum diei est, in somno consumes. Cum vero immortalis sis, à diis quidem projecta es, à bonis vero hominibus ignominia affecta. Nunquam, quod auditu dulcissimum est tuam audisti laude: nec quod suauissimum visu, bonum ullum tuum opus vidisti. Quis igitur cum aliquid dicas, crederet tibi? aut cum indigas, quicquam tibi præstaret? Aut quis suæ compoſ mentis, voluerit inter tuos connumerari, qui in iuuentute quidem corporibus debiles, in senio vero amantes efficiuntur? cum adolescentiam cum pigritia in deliciis peragant, in senio autem multis laboribus & infirmitatibus confringantur: quique verecundati super his quæ egerunt, non tamen minus

super his quæ agunt, grauantur, tanquam qui in iuuentute omnibus voluptatibus affecti, in senectutem sibi omnia molesta seruarunt. Ego verò sum quidē cum diis, adsum verò bonis hominibus: nihilque operis boni, neque diuini, neque humani, sine me fieri potest: magis que aliis omnibus, & apud deos, & apud homines optimos honorib. fruor: ctenim desiderata cooperatrix artificib. sum, fida domorum domini custos, beneuola famulis, patrona operum quæ pacis sunt, bona coadiutrix, bellicorum verò firmissima socia, amicitiæ optima particeps. Ad hæc autem, meis necessariis suavis atque prompta cibi potusq; fruitio est: expectant enim quo usque alia desiderent. Somnus autem voluptuosior illis, quam otiosis euénit: & neque excitati molestè ferunt, neque ab illo detenti, quæ agēda sunt, negligunt. Iuniores autem gaudent seniorum laudibus: seniores verò latitantur iuniorum honoribus. Res quoque gestas à priscis iucundissimè memoria repetēdo, nō minoti cum iucunditate res eis præsentes peragunt: quas ob res diis amati, desiderati amicis, honorabiles patriis efficiuntur.

Cùm verò fatis datus finis peruerterit,
non obliuioni traditi sine honoribus
iacent, sed memoria hominum cōmen-
dati, in æternum florent. Hæc, ô Hercu-
les, inquit, bonorum parentum fili, su-
doribus licet exercendo beatissimam
felicitatem habere. In hunc itaque mo-
duum Prodicus admonitionem virtutis
ad Herculem exposuit, has tamen sente-
tias multò pulchrioribus verbis, quām
ego nunc, ornavit. Lib. 2. de fact. & dic.
Socrat.

VIS, SE VIOLEN TIA.

No n minus iniustum est vi emere,
quām vi impotentioribus quid ex-
torquere. Lib. 3. de rebus Græco.

Ego verò arbitror illos, quibus pru-
dentia curæ est quíq; putant posse ciui-
bus suis, quæ eis conducunt, admonen-
do ostendere, minimè violentos esse de-
bere, cùm sciāt ad vim quidem inimici-
tias sequuturas atq; pericula, persua-
dendo autem sine periculis cum amici-
tia eadem posse fieri. Qui enim cogun-
tur, tanquam expoliati oderunt: quibus
verò persuasum est, tanquam gratum
aliquid acceperint, amant. Nequaquā

itaque illorum qui prudentiam exercēt, proprium est cuiquam vim inferre, sed illorum qui sine ratione potentiam habent. Præterea, qui quidem audet vim inferre, non paucis indiget adiutoribus: qui verò persuadet, nullo. Lib. i. de factis & dictis Socratis.

Omnia, inquit Pericles, quæ quispiam non persuasum quempiam, siue in scriptis, siue non scriptis impellat agere, potius vis mihi esse videtur, quam Lex. bi.

Iam quod non vim adhibeat (de puerorum corruptore loquitur) sed verbis persuadeat, ob eam causam maiore est odio dignus. qui enim vim affert, se improbum esse declarat: qui autem persuadet, eius cui persuadet, animū corrumvit. In Conuiuio.

VITA.

Optime eos viuere deputo, qui maximè curāt, ut quam optimi reddantur: suauissimè autem illos, qui maximè sentiant sese fieri meliores. Lib. 4. de factis & dictis Socratis.

Honesta mors turpi vitæ anteponenda est. De repub. Laced.

Eligendum est potius mori, quam ingenerosè vitā producere. In Apologia pro Socrate.

VERVM ô Cyre, quòd vos Persæ vni
omnium hominum maximè medi-
tamen erga nullam voluptatem insatia-
biliter habere, & visu noui & auditu. Mi-
hi autem videtur conducere longè ma-
gis, si quis in maxima se voluptate con-
tineat. Sed quid præbet maiorem ho-
minibus voluptatem quàm secunda for-
tuna, quæ nobis hoc tempore contigit?
Igitur si quoniam res nobis secundæ
sunt, voluptate ipsa tēperanter vtamur,
tutò fortasse possimus per felicitatem
consenescere. Quòd si per eius inex-
plebilem vsum aliam, atque aliam perse-
qui nitemur, videte ne eadem patiamur,
quæ multos ferunt passos in mari, qui
dum propter prosperam fortunam cō-
quiescere à nauigatione noluissent, pe-
riere. Sic item multi victoriam cōsecuti,
dum alteram appetiuerint, amiserunt
etiam priorem. Lib. 4. de pædia Cyri.

¶ Mollities quidē & voluptates in pró-
ptu positæ, nec copori sanitatem, vt hi
asserunt qui gymnasii præsunt, nec a-
nimō vllam sententiam cuiusquam exi-
stimationis præstare possunt. Lib. 2. de
fact. &

fact. & dict. Socratis.

In iuuentute omnibus voluptatibus affecti, in senectutem sibi omnia molesta seruant. Ibidem.

Videris mihi, ô Socrates, inquit Euthydemus, dicere, homini voluptatibus seruienti, nullam unquam virtutem convenire. Quid enim interest, ait, ô Euthydemus, inter hominem incontinentem, & beluam? Nam quicunque ea quae optima non sint, cogitat, voluptuosa vero omnibus querit modis exequi, quid a pecudibus differt? Lib. 4. de factis & dictis Socratis.

Voluptates multæ sunt & prauæ, quibus victi peiora dicere vel facere compelluntur: deinde ex inanibus dictis odiis sibi comparant: ex improbis facinoribus, morbos, damna, mortes: nec sibi solùm, sed liberis quoque & amicis. Lib. de venatione.

V T I L I T A S.

In istam sententiam penitus adducor, ut arbitrer natura quenque id potissimum diligere, unde utilitatem speret. In Oeconomico.

V X O R.

Ayuntamiento de Madrid

Ovis morbidæ ad opilionem , & equi strigosioris culpā ad equitē referemus. Matrona si à coniuge admonita improbè egerit, haud extra causam erit. Si verò per viri indulgentiā peccauerit, non tam ipsa quām vir accusabitur. Omnino qui simul in vna viuimus domo, chari inuicem & monitores esse debemus. In Oeconomico.

Existimo probam coniugem sociam domus esse, magnūmq; momentū ad viri felicitatē. Ipsam portò substantiam virorū opera videmus augeri , absundi plerunq; sumptibus mulierū. Bene igitur huiuscmodi habētibus, res crescit: malè autē, secus euenit. Ibidem.

Modestorum & viri & fœminæ fuerit rem familiarem continuò reddere meliorem, ac aliis iustè partis facultatibus augere. Ibidem.

Pot hæc vxorein monuimus, præceptorum omnium frustra esse diligētiam, nisi ipsamet curet, ut ordo cuique suis seruetur: exemplum reipublicæ seruando, in qua ciues non solum bonas conscribunt leges, sed & illarum eligunt custodes,

stodes, qui vestigando aduersus agētes
plectunt, seruantes verò collaudant.
Pari ratione eius esse officium dome-
sticis præsidere legibus, supellecilem
tanquam custodes arcis explorare: ac si
quid bene habeat, sicuti & senatus e-
quos atq; equites, probare: morēq; re-
ginae, quæ præsentī vtitur potestate, di-
gnum collaudare, ignauum autem ca-
stigare. Ibidem.

Vxorem admonui, ne more seruorū
totos dies assideret, sed cum imperio
diuersa obiret: illam quæ telæ præcesset,
doceret, si quid melius nosset: si minus,
disceret: obseruaret pistore, adesset pro-
mæ metienti. Domum circumiret, si suo
quæq; loco sint recondita, prospiceret.
Hæc & his similia mihi & diligentia &
ambulatione digna sunt visa. Adieci, o-
ptimam ei fore corporis exercitatione
lauado, pinsendo, vestes & stragula ex-
cutiendo, deinde componendo. His mo-
dis demum & cibus ei suauior, & valetu-
do firmior, & color roseus, tum splendor
oris verior affuturus, præsertim si hæc
spontè fecerit, & non coacta. Ibidem.

Principio quidem pulcherrimum esse
videtur

videtur vxorrem ducere, ex his qui tum opibus, tum potentia præcellunt, eaque res putatur adiungere cum voluptate dignitatis nonnihil ei qui duxit. Proximum autem est, ex paribus vxore asciscere. Cærū qui ex inferioribus dicit, proflus contemptus & inutilis habetur. In Hierone.

Cum in multis, viri, inquit Socrates, tum in his quæ puella hæc agit, perspicuum est muliebre ingenium non deterrius esse virili, sed consilium & robur considerare. Quare si quis nostrum vxore habet, magna cum spe doceat quicquid volunt, ea perita usurp. Et Antisthenes: Cur ergo, inquit, ô Socrates, cum sic sentias, non instituis Xantippen, sed uteris uxore earum quæ sunt, quæ fuerunt, & futuræ sunt, molestissima? Quod, inquit, videā, qui equitandi peritissimi cupiunt esse, non eos qui libentissime parēt, sed ferocissimos equos comparare: arbitratur enim si tales possint coercere, faciliorib. aliis se usurpos esse. Ego igitur, cum vellem cum hominibus congregari, eorumque consuetudine vti, hanc comparavi, probè sciens futurum, ut si eam tulisset, facile & commodè cum omnibus hominibus versaturum. In Coniuio.

XENOPHON-
TIS PARABOLÆ,
S I V E S I M I-
L I T V D I-
N E S.



Vl bellicas res exercent,
non hoc laborant, vt à
præliis nunquam vacent,
sed quia putant etiam hi,
si rerum bellicarum glo-
ria excelluerint, futurum
vt multas opes, multam felicitatem, ma-
ximisque honores & sibi comparent &
reipu. Quod si qui versati bellicis in re-
bus prius quam fructum ab his quen-
quam susceperint, senectute redditos se
videant imbecillos, simile hi mihi vidé-
tur pati, veluti si quis bonus agricola
esse studuerit & bene serendo & bene
inserendo, cum de his fructus capiun-
dus est, eum non conuehat, sed sinat rur-
sum humi defluere. Ac si quis in ludo
per multum sese laborem exercuerit, &
dignus victoria defecerit ad calcem, ne-
que hic videtur, mihi non esse iure de-

M

Ayuntamiento de Madrid

mentiæ accusandus. At ne viri amicissimi hæc nos patiamur, cauendum est. Lib. i. de pædia Cyri.

Qui autem vires habet, quibus potest tum iis amicis gratiam referre, qui de se bene meruerint, tum de his quos habet inimicos, operam dare ut vltionē sumat, hunc negligere pecuniæ redditum, putâsne minus esse turpe, quam si quis & agros habeat, & ad eorum cultum operarios, deinde eos sinat ob negligentiam esse inutiles? Ibidem.

Quemadmodū otiosus agricola est inutilis, ita imperatoris nulla est utilitas, si vacarit. Ibidem.

Quem seipſis prudētiorem duxerint circa suam ipsorum vtilitatem, huic homines perlibenter obediunt. Ac noris hoc ita habere cum in aliis multis, tum in ægrotis, quod alacriter eos vocant, qui iussuti sunt faciūda: & in mari, quod gubernatoribus qui vnâ nauigant, audiunt: & quos aliqui putarint quam semelius vias nosse, ab iis tanquam ab harum peritissimis ducibus abesse nunquam volunt. Ibidem.

Est opus ubi hæc omnia studiosè diceris, non his solùm vtaris, sed tuo quoque

quoq; ingenio alia aduersus hostes moliare: quemadmodum Musici non his vtuntur duntaxat, quos didicere, sed alios nouos modulos facere student. Ac sicuti in musicis quoque noua & florida habentur plurimum in pretio, sic in rebus bellicis noua inuēta existimantur longè illuſtriora, quoniam hæc magis queunt hostes decipere. Ibidem.

Conſtituere ordines diligenter, viſum est Cyro plurimum conducere & ad non turbandum, & vt celerius restituerentur, si tuibati eſſent, veluti & lapides & ligna ſi copulari oporteat, ea uirting; proſtrata fuerint, facilimè coaptantur, ſi maniſtas habeant notas ex quo ſit loco iſtorum quodque. Quòd simul alerentur, videbantur ei etiam uti- liter agere, vt minus inuicem ſe defere- rent, quòd intuerentur bestias quoque, simul enutritas incredibili duci ſociarū deſideria, ſi quis eas ab inuicem distraheret. Lib. 2 de pædia Cyri.

Præterea existimabat Cyrus labores conduceere, vt forent inuicem mansueti magis, quòd & equi inuicem laborantes manſuetius ſimul stare conſueuerunt. Ibidem,

Quemadmodum equos queritis, nō qui patrij sint, sed qui optimi, sic etiam homines queritote. Ibidem.

Nunc pugna quoque demonstratur nobis, ad quam video homines omnes natura doctos: quemadmodum alia itē animalia norunt singula pugnam quan dam, quam neque ab alio quopiam dicere, quā ab ipsa natura: velutib⁹ cor nu percutere, equus vngula, canis ore, aper dente. Ibidem.

At ignaris omnino virtutis mirarer eisdem si quid plus apposita oratio prodesset ad probitatem, quam musicæ indoctis pulchre cantatum carmen ad Musicam. Lib.3.de paedie Cyri.

Si quoniam res nobis secundæ sunt, voluptate ipsa temperanter utamur, tu- tò fortasse possimus per felicitatem cō- senescere. Quod si per eius inexplicabi- lem usum aliam atque aliam persequi- nitemur, videte ne eadē patiamur, quæ multos ferunt passos in mari, qui dum propter prosperam fortunam conquie- scere à nauigatione noluissent, periisse. Sic item multi victoriam cōsecuti, dum alteram appetiuerint, amiserunt etiam priorem. Lib.4.de paedie Cyri.

Cogit

Ayuntamiento de Madrid

Cogitandum tibi prætereà est , sues,
si multæ etiam sint , fugere, vbi videant
venatorem, vnà cum natis. Sed vbi quis
venetur quenquam ex earum natis, non
amplius fugere, ne si vna sit quidem, sed
ruere aduersus capere molientem. Ibid.

Rex nihilominus videtis natura esse,
quàm qui in alueari apum est dux : illi
enim apes pârent vltro , & vbi cunque
maneat , nulla illinc abscedit. Quòd si
quòd exeat, nulla cum relinquit: amor vs-
que adeò vehemens in his inest, vt eius
patiantur imperium: identidémq; quo-
dammodo homines mihi videntur erga
te habere. Lib. 5. de pædia Cyri.

Exhinc milites ibant ad tabernacula,
simûlque euntes inuicem disserebant:
Quanta memoria Cyrus est , quot in-
struxit, quomodo nominatim præcepit.
At Cyrus hæc propter diligentiam fa-
ciebat: quippe cui mirandum videretur,
si qui in sordida arte versantur , singuli-
norunt artis suæ instrumentorum no-
mina , & medicus nomina tenet & in-
strumentorum & venenorū quibus vti-
tur: & imperator ita sit fatuus, vt nesciat
nomina subditorum ducum , quibus ei
opus est pro instrumentis vti : & dum

anticipare quicquam velit, & dum caue-
re, & dum audientiā iniicere, & dum ter-
rere, & dum honorare quandoq; quen-
quam cupiat, decorum ei esse videbatur
quenque suo nomine appellare. Ibid.

Quid si quis canes, quas ipse alis cu-
stodię gratia & ipsius tui & tuorū, ita tra-
ctet, ut eas familiariores reddat sibi ipsi,
quām tibi? Num tibi hoc cultus læti-
tiam afferat? Quod si hoc tibi videtur
esse quid parui, illud animo volutato:
si quis eos qui tibi inferuiunt, quos tu
& præsidij & expeditionis gratia ade-
ptus es, ita disponat ut illius malint quā
tui esse, num ei gratiam habeas pro hoc
beneficio? Quid autem quod homines
maximè & amplectuntur, & curant ut
maximè propria, si quis vxori tuæ ita
morem gereret, ut eam faceret sibi ma-
gis amicam quām tibi, num te hoc be-
neficio lætum redderet? Longè, ut opinor,
secus esset: sed qui hoc fecerit, ma-
ximè omnium iniurius in te foret. &c.
Ibidem.

Quemadmodum quando pugnan-
dum sit, qui plurima fecerit mancipia,
bunc opinantur inuictissimo esse ani-
mo: sic item quando persuadendum sit,
qui

qui plurimos egerit in sententiam nostram, hic iure ac meritò & eloquentissimus esse iudicetur , & ad res agendas præstantissimus. Ibidem.

Nunc nihil præstamus in pelago nauticantibus. Etenim illi cùm semper nauigant , nihil magis proprium relinquent quod nauigarunt , quàm quod nondum nauigarunt. Lib.6.de pæd.Cy.

Quemadmodum ædium neque sine lapidum munita structura , neque sine facientibus rectum vlla est utilitas : ita etiam neque phalangis, nec sine priuis, nec sine ultimis, nisi boni fuerint, vlla utilitas est. Ibidem.

Quemadmodum aliæ artes vbi negligetæ sint, minoris pretij fiunt: & corpora ipsa bene habentia cùm quis ea remittit ad inertiam, male rursus habent: ita & temperantia & continentia & robur , cùm quis eorum exercitatione relaxarit , hinc in malignitatem iterum vertitur. Lib.7.de pædia Cyri.

Quemadmodum illis arma abstulimus , ita nos ipso s oportet sine armis nunquam esse , cùm bene nouerimus quibus arma sunt semper proxime , hisce familiarissima etiam esse quæcun-

que velint. Ibidem.

Quemadmodum ipsi dignū esse existimatis vestris subditis imperare : ita etiam nos iis pareamus , quibus decet. Lib.8.de pædia Cyri.

At Cyrus suorum pietatem sibi etiā conducere arbitrabatur: quippe qui putaret, quemadmodum qui nauigationē eligunt, cum piis potius eligere solere, quam iis hominibus , qui impiè aliquid videantur perpetrasse. Ibidem.

Primò assidue semper humanitatem animi maximè quoad poterat declarabat, existimans quemadmodum non facile est illos amare quibus se odio esse putant, neque beneuolos esse maleuolis: ita etiā qui cogniti fuerint amare & beneuoli esse, haudquaquam fieri posse ut his odio sint, qui amari sese arbitratur. Ibidem.

Quemadmodum aliæ artes in magnis vrbibus excellentius laborantur: eodem modo regis esculenta sunt longè præstantius laborata.

Ego non eos felicissimos duco , qui pecunias plurimas habeant & possident (hoc enim pacto qui muros custodiunt , essent felicissimi, quippe qui omnia

Omnia quæ sunt in urbibus, custodiuntur
verum qui & comparare plurimas pecu-
nias iuste possit, & iis uti honeste pluri-
mis, hunc ego felicem esse puto, ciuisq;
pecunias. Ibidem.

. Quemadmodum famuli qui erant ad
res necessarias constituti, locum habe-
bant convenientem singuli: ita etiam ar-
migeri eius in expeditione & habebant
locum armaturæ accommodatum, &
sciebant quis hic esset, & indubitatò o-
mnes se locabant. Per pulchrum sanè ar-
bitrabatur Cyrus in ædibus quoq; esse
aptæ locationis studiū. Cum enim cui-
quam re vlla est opus, liquidum est quod
sit iturus ad eam accipiendam. Ibidem.

Verum ne putas homines nasci natu-
ra fidos: omnibus enim iidem fidi ap-
parerent, quemadmodū etiam alia quæ
naturā gignuntur, omnibus apparent
eadem: sed fidos oportet sibi unusquis-
que faciat, quorum comparatio nullo
modo sit vi, sed beneficentia potius. Ib.

Nihil mirandū mihi videbitur, si quæ-
admodum ignavi canes prætereantes
insectantur, ac mordent assequuti, per-
sequentes vero fugiunt, sic hostes ab-
cuentes nos insequantur. Lib. 3. de Cyri

minoris expeditione.

Si quem iniuriaz vlo genere lacessi-
ui, non possum non confiteri, vel asinis
me, qui esse dicuntur omnium quadru-
pedum inuercundissimi, inuercundio
rem fuisse. Lib. 5. de Cyri minoris ex-
peditione.

Si vt illis bene consulerem, fui in ple-
ctendo seuerior, nihil recuso, quin iis
eas dem pœnas, quas liberis parentes,
pædagogi pueris: quādo & medici gra-
uius laborantes, vtilitatis causa vrunt &
secant. Ibidem.

Quid turbulentis tempestatibus, con-
citato mari, nōnne videmus irasci iis
qui in prora sunt, proræ magistrum? iis
qui in puppi sedent, gubernatorem, illi
si quid vel in leuissimis rebus ad nutum
minus respicientes, offendenterint? ob eam
nempe causam. quòd minima tunc pec-
cata facile omnia perdere ac pessunda-
ge possunt. Ibidem.

Hos pro vestra prudentia vos longè
aliter quam canes tractare debetis: nam
ferociores quidem canes plerique in-
terdiu vinciant, noctu dimittant. Hos
vos, si quod æquum est feceritis, nocte
vinctos tenebitis, interdiu solutos di-
mittetis

mittetis. Ibidem.

Perpetuò ad alienam mensam , perinde ac canes solent, respicere, miserrimum est. Lib.7.de Cyri minoris expeditione.

Decet virum vita dignum non id meditari, quo pacto socios ad pericula impellat, & si quid non ex animi sententia cesserit , confessim immutari : sed tanquam in naui moderari, quo usque aura secundior flare incipiat. Id si minus quis fecerit , quo pacto vñquam quò tendit, peruenire poterit ? cùm re quamplam leui impediente, confessim in contrarium nauigare velit. Siquidem sunt omnes fermè publicarum rerum mutationes morti obnoxiae.Li.2.de re.Gra.

Quemadmodum bonorum, sic & periculi nos participes esse decet. Ibidem.

Viri socij,Lacedæmoniorum res mìhi fluuiorum instar se habere videntur. Flumina etenim circa ortum suum tenui labuntur vena , ita ut facilè sint permeabiles : at cum longius defluunt , ac cæteros quoque excipiunt fluvios, iam non placide , sed rapido feruntur gurgite. Pariter & Lacedæmonij,cum exercitum educunt , soli sunt : procedentes

Ayuntamiento de Madrid vero

verò reliquarum quoque ciuitatum si-
bi vires adiungunt, ita vt illis aucti quo-
dammodo inuicti reddantur. Proinde
videmus, quicunque vespas iam egre-
fas irritare conantur, aculeos illarum ex-
periuntur: cùm verò inclusis ignem ad-
mouent, iam amplius nil mali patiun-
tur, sed quām facilè vespas suffocāt. Hęc
itaque considerans, vtilissimum iuxta
Lacedæmonem ipsam, aut quām propè
pugna decertandum esse reor. Lib. 4. de
rebus Græcorum.

Timebant etenim ne Lacedæmonij
pariter cum illis irrumperent, ita vt equi-
tes tanquam vespertilioes sub muro-
rum propugnaculis delitescere cog-
rentur. Ibidem.

Neque enim illos laudádos censeo,
qui in certaminibus sæpius victoriam
ac gloriam retulerunt: ita tamen con-
tendunt, vt non antea desistant, quām
victi laborem ac exercitiū demum amit-
tant. Neque aleæ lusores, qui cùm se-
mel lucrantur, inde duplo plus perdunt
quām lucrum iam antea partum. Vide-
mus enim tales vt plurimùm ad extre-
mam redigi inopiam. Quæ & nos con-
siderare decet, nec vñquam eò certami-
nis

mis descendere , vbi aut omnia vincere,
aut cuncta perdere necesse sit : sed po-
tius ut & viribus crescere , ac beatè de-
gere possimus, inter nos amicitiam cō-
trahamus : eo enim pacto & nos pro-
pter vos, & vos propter nos, potentio-
res quam vnquam lapsis temporibus in
terra Græcię euadere poterimus.Lib.6.
de rebus Græcorum.

Quemadmodum ex artificibus multi
vno in loco quieti sedent: sic & virgines
reliqui Græci per quietam lanificio in-
sistere dignum putant. De repub.Lace-
dæmoniorum.

Quemadmodū priuati homines pri-
uatis præstant virtute, & studiosi negli-
gentibus: ita & Sparta , quæ sola publi-
cè honestatem probitatēmque exercet,
virtute cunctis planè vrbibus præcellit.
Ibidem.

Quòd si ad structuræ conuenientiā,
hominibus pulchrum inuentum est per
Pendiculum & regula: pulchrum , mea
sententia, Agesilai virtus exemplum his
fuerit, qui probitati voluerint dare ope-
ram. De Agesilai laudibus.

Quemadmodum insanientium qui-
dam , nec illa quæ horrida sunt abhor-
rent

sent: quidam verò & ea quæ timenda non sunt, pertiniescunt: & his quidem nec publicè agere aut facere quodcumque contigerit, turpe esse videtur, illis verò nec conuersandum cum hominibus esse: & quidam nec templum, nec aram, nec quicquam adorant diuinum: quidam autem lapides, ligna, ac feras colunt. sic etiam eorum qui in rerum omnium natura contemplanda vacant, quibusdam vnum solum videtur esse quod est, quibusdam verò infinita multitudo: & his quidem omnia semper moueri, illis verò nihil unquam moueri. Ecquibusdam omnia gigni atque corrumpi, quibusdam autem nil unquam aut gigni, aut corrumpi posse. Lib. i. de factis & dictis ocratis.

Præterea de rebus agendis, quæ quidem ad hanc vitam agendam necessariæ sunt, ea dicere ac facere suis familiis cōsulebat Socrates, quibus quam optimè fieri res ipsas arbitrabatur. De illis verò quorum incertus exitus erat, à diis an suscipiendæ sint, petere hortabatur: assertebatque omnibus, qui a domum, aut ciuitatem rectè habitaturi sunt, opus esse diuinatione. Ædificau-

dinanque aut fabricandi, aut agros co-
lendi, aut hominibus dominandi, aut
computandi, aut domi militiae que præ-
sidendi arte in, huiuscemodi que res sci-
scitandi, hæc omnia doctrina homi-
nes consequi, suo que arbitrio eligere
posse. Quod autem in his omnibus ma-
ximum est, id sibi ipsi deos conseruasse
aiebat, incertumque hominibus esse vo-
luisse. Nec enim illi, qui satis suum colat
agrum, constat, quis eo fruiturus sit.
Nec illi qui optimè domum ædificet,
notum est quis eam sit habitatus. Nec
duci, profuturum ne sit, an secus, duce-
re exercitum appetet. Nec reipubli. gu-
bernatori certum est, an utile ipsi sit, ci-
uitati præesse. Nec si quispiam venu-
stam ac pulchram duxerit uxorem, pu-
tans lætitiam hioc sibi futuram, clarum
est si propter illam modestia sit afficien-
dus. Nec si quis potentes in ciuitate
affines assequatur, scire potest, si per
illos exalabit à ciuitate. Horum ita-
que omnium, si qui sunt qui nil à di-
vina prouidentia putent, sed à nostro
arbitrio omnia pendere, hos insanire
quidem ascrebat. Ibidem.

Video

Video quòd quemadmodum ea quæ per corpus fiunt, non posse benefacere illos, qui nō exerceant corpora: sic etiā qui non exerceant animum, minimè posse animi opera agere:nec enim quæ facienda sunt facere, nec à quibus absti-
nendum est, abstinere possunt. Ibidem.

Video nanque quòd sicut carminum facilè obliuiscuntur qui meditatione continua non vtantur: sic illi qui negligunt, tradunt obliuioni sermones ac admonitiones præceptorum suorum. Cùm ve-
rò quispiam istorum obliuiscatur ser-
monum, obliuiscitur etiam illorum qui-
bus animus ad desideratam sobrietatē mouetur. Hoc autem facto, nil mirum
profectò ipsam quoq; sobrietatem ob-
liuioni tradere. Considero etiam illos,
qui ad vitium bibendi, aut ad amores
inciderint, minus quām anteà quæ de-
ceant facere, & ab his quæ nō deceant,
abstinere posse. Multi nanque cùm in
pecunia expendenda antequam amas-
sent, parci essent, post amorem non pos-
sunt: & cum pecuniam consumpsissent,
ab eo quæstu à quo propter turpitudi-
nem antea abstinebant, amplius absti-
nere nō quæunt. Cur igitur non videa-
tur.

tur possibile eum qui antea sobrius erat, in posterum non sobrium effici? & quod iustè antea egerit, non posse similiter agere postea? Ibidem.

Alcibiades propter pulchritudinem quidem à multis ac venustis mulieribus affectus, propter potentiam verò quam in ciuitate & apud socios habebat, à multis assentatoribus dissolutus, & à populo honoribus affectus, facileque primas consecutus, sic neglexerit seipsū quemadmodum illi qui se in certaminibus gymnaſiisque exerceant, cùm semel primas occuparint, facile negligūt seipſos. Ibidem.

Quisnam tibicen. aut citharista, quisve alius magister, si vbi satis ab illis docti fuerint discipuli sui, ipsis omissis alios adierint ibique peiores effecti furent, causa huius fuisse dicetur? Aut quis pater, si filius suus cuiquam cōuersatus sobriè viuat, postea verò adiens alium vitiosus efficiatur, priorem arguet? nec tanto magis laudet illum, quanto magis cum posteriore peior factus sit filius suus? At sicuti patres cùm eandem habitent cum liberis domum, dummodo illi sobriè viuant nō accusantur de-

N

linquentibus filijs sic etiam de Socrate iudicare oportet. Ibidem.

Nonne mirum tibi esse videtur, si quispiam bubulcus pauciores ac peiores faciat boues, deinde non matus fasteatur est pastor? Hoc multò mirabilius est, si quis cùm ciuitati præsit, atque peiores faciat eiues, deinde non erubescat, nec se putet malū esse ciuitatis gubernatorem. Ibidem.

Qui aurum aut argentum, aut tyrannidem, aut quidpiam huiusmodi à diis orando petebant, illos simile quid opinabatur Socrates orare, ac si ludum taxillorum, aut prælium, aut aliquid orarent, cuius incertus exitus esset. Ibid.

Si ab hac vita migraturi, velim' testamento cuiquam aut filios educandos, aut filias virgines conseruandas, aut custodiendam pecuniam relinquere, num hominem incontinentem arbitrabimur aptum ad hæc esse? Seruo verò nō continentis commendabimus aut pecudes, aut æratium, aut cuiusquam operis curam: ministrum autem talēm aut ememus: gratis etiam nobis datum acceptabimus? Quod si nec seruum incontinentem habere expediat, multò magis

gis de nobis ipsis, ne tales efficiamur, contendendum est. Non enim quemadmodum iniusti cum aliorum pecuniam artipient, sibi ipsis diuitias accumulant, sic etiam incontinentes ceteris quidem nocet, sibi ipso prodest: verum ceteris etiam sibi ipsis multò plus nocet. Siquidem perniciosissimum est non modo suam domum destruere sed non minus corpus, ac etiam animam propriam. Ib.

Nonne certò tenes, eos ipsos qui natura ipsa corporis imbecilles sunt, per excitationem tamen multò fortiores ad ea quæ meditantur effici, ac facilius ea sustinere, quam illos qui corpore fortissimi, inexercitati tamen sunt? cur igitur me quoque non opinaris per excitationem omnia posse sufferere facilius te non exercitato? Ibid.

Itaque ô Antiphon, sicut aliis quidam aut equo bono, aut cane, aut auibus delectatur: sic & multò magis etiam ego bonis amicis delector, ac eos, si quid bonis sciam, doceo: ceteris quoque eos commiendo, quos putem profuturos eis ad virtutem percipiendam: thesaurisque sapientum priscorum, quos illi literis mandantes nobis reliquerunt,

N^o 2.

Ayuntamiento de Madrid

vnà cum necessariis meis reuoluens, si quid reperiamus boni elicimus, magnumque lucrum arbitramur, si amicitia coniungamur. Ibidem.

Si canis nanque tibi esset ad ouium custodiam aptus, qui pastoribus quidem afficeretur, tibi vero adeunti exasperaretur, certum est, quod ira atque indignatione dimissa, oinni conatu aliquibus beneficiis eum mitigares. Fratrem vero confiteris magno tibi bono fore, si qualis oporteat tibi efficiatur, non conaris quam optimum tibi eum efficere, praesertim cum putas scire bene dicere, benaque agere? Lib.2.de factis & dictis Socratis.

Nunc sic vos habetis (de duobus loquitur fratribus inter se discordantibus) ac si manus quas Deus ut yna alteram iuuet, creauit, dimisso hoc, conarentur impedimento iuicem fore. Aut si pedes diuina prouidentia ad coadiuandum iuicem facti, reliquo hoc unus alterum impedit: nonne tibi videtur magna ignorantia & calamitas eorum esse, qui manibus, aut pedibus, aut oculis, que ad utilitatem hominum gemina, ac fraterna eis orta sunt, ad malum vivuntur? At manus quidem si oportue-

rit eas , illaque plus quam vnum passum distent , coniungere , non poterunt . Pedes autem nunquam simul irent ad spacium passus vnius . Oculi vero quorum visua potentia maximè appetit in longum extendi , nunquam videre possunt eorum qui propinqui sunt anteriores simul & posteriores . Fratres vero dum amici sint , quamuis multum unus ab altero distet , agunt tamen ea quæ profutura inuicem sunt . Ibidem .

Hominem etiam ergo putas , qui primus amicis beneficerit , posteris quoque fore benefactorem ? Etenim equis , inquit Socrates , quicunque potuit primis bene vti , hunc cæteris etiam arbitrator bene vti posse . Ibidem .

Demùm adiens Socratem Aristarchus , & haec omnia gauisus narrabat , atque his addebat , accusari se ab eis , quod solus ociosus vna comederet . At Socrates : cur , ait , non dicis eis canis responsionem ? Dicitur nanque , cum animalia essent vocalia , ouem domino suo dixisse : Mirum facis , inquit , profecto , qui cum nobis , at quibus lanam , agnos , caseumque habes , nil des , nisi

quicquid à terra capiamus: canē qui nil tibi tale præbet, de quo tu comedis pane particeps in facis. Canis verò cùm hęc audisset: Non imineritò per Iouem, dixit: ego namque sum illę, qui & vos ipsas saluas facio, atq; custodio, ut nec homines vos furentur, nec lupi rapiant. Quòd si ego vos nō custodiām, nec ad pascua vobis proficiisci licebit, timentibus ne pereatis. His ab eo dictis, oues quoque fertur cani concessisse. Et tu itaque dic illis, Socrates ait, quòd tu custos earum ut canis, atque procurator es, per quem à nullo iniuriatæ, securè atque suaviter operando viuunt. Ibidem.

Quemadmodum cùm quisquam pastor bonum canem habet, alii quoque propter eum suos greges adducunt, ut cane fruantur: Sic etiam multi amicorū Critonem rogabant, ut eis quoque Archedemum custodem prestaret. Ibid.

Sicut enim qui pulsare citharam scit, et si non pulsat, non minus tamen citharista est: qui que mederi scit, et si nō medetur, medicus tamen est: sic etiam iste iam nunc est imperator, et si nunquam electus fuerit. Qui verò nescit, nec imperator, nec medicus est, et si ab omnibus homin

bominibus eligatur. Libro 3. de factis & dictis Socratis.

Bonum est, inquit Socrates, aciem etiam ordinare scire. Multò nāque differt ordinatus ab iuordinato exercitu: quemadmodum enim lapides, lateres, ligna, & tegulæ, inordinatè quidem projecta, ad nihil vtilia sunt: cùm verò ordinentur deorsum & sursum, que neque putrefiunt, neque fluunt lapides ac testæ, in medio autem lateres & ligna, quemadmodum in ædificiis compunctionur, tunc domus res pluris existimanda efficitur. Ibidem.

Qua de causa, inquit Socrates, arbitraris Homerum nuncupasse Agamemnonem popolorum pastorem? Nōnne quoniam quemadmodum pastorem oportet curare, vt saluæ sint oues, ac habeant vnde viuant: sic etiam imperatorem curare necesse est, vt exercitus saluus sit, illudque perficiat cuius rei gratia militat? Militant verò, vt hostibus superatis feliciores ipsi sint. Ibidem.

Non ignoras illud, φ in quaq; re illis obedire potissimum hoīes volūt, quos putat optimos esse: nam & in morbo illi

N 4

Ayuntamiento de Madrid

potissimum obediunt, quem putat medicina exceellere, & in naui qui nauigat, gubernatori, & in agricultura, agricultor. Ibidem.

Fiducia nanque negligentiam, inertiam & inobedientiam parit: timor autem circunspectos, obedientes, ac ordinatos homines reddit. Magnū argumētum huius nautas habes, qui quādiu nil timeant, nullo ordine cuncta peragunt. Cūm verò aut tempestatē, aut bella suspicantur, nō modò facilimē quæcunq; eis dicuntur, perficiunt, sed etiā magno cū silētio attēdunt quid eis præcipiatur, sicuti illi qui tripudiis vacant. Ibidem.

Quemadmodum, Socrates inquit, si pecuniam quæ apud alios est, ut ipsi capiant, eos hortari voluissemus, id potissimum fieret, si eis ostenderemus illā eis fuisse paternā, ac ideo pertinere ad eos: sic etiā nunc, cū ut primas in virtutibus exercendis habeant velimus, ostendendum est eis iam olim ad eos pertinere, quodque si in his studeant, omnibus erunt facilimē potentiores. Ibidem.

Miror, Pericles inquit, ô Socrates, cur ciuitas ad peiorē statum prolapsa sit. Puto, Socrates inquit, quod quemadmodū

alii

alij quoque nonnulli quoniam multum
præualuerunt negligentię dediti, minus
postea quām aduersarii valuerūt: sic etiā
Athenienses, cùm multò superiores es-
sent, neglexisse seipsoſ, & idcirco peio-
res effectos fuſſe. Ibid.

Atqui Pericles ait, in militaribus cer-
taminibus vbi maximè sobrios, ordina-
tos, ac obediētes esse oportet, multi ho-
rum attendunt. Fortassis ideo, Socrates
inquit, quōniam in his illi eis præſunt,
qui minimè ſciant. Citharistarum enim
& tripudiantium ac ſalientium nullus
conatur ignarus præfectus effici, neque
luctatorum, neque pancratistarum: ſed
omnes quicunque his præſunt, poſſunt
probare à quibus illa didicerunt, in qui-
bus præſunt. Duces verò plurimi illico
efficiuntur. Ibidem.

Rursus interrogatus Socrates, vtrum
fortitudinem natura, an doctrina asse-
quamur: Puto equidē, inquit, quod quē
admodum corpus alio corpore robu-
ſtius ad labores ſubeundos nascitur, ſic
etiā animā alia anima fortiorē ad peri-
cula ſuſtinēda fieri. Multos nāq; in eisdē
moribūs ac legibūs nutritos, video mul-
tum alios aliis audacia excellere. Arbi-

tror tamen omnem naturam doctrina
ac exercitatione ad fortitudinem cre-
scere. Ibidem.

Cum autem quidam stomacharetur,
quod salutanti sibi quispiam non respon-
disset: Ridiculum, inquit Socrates, si cor-
pore aliquem deterius se habentem,
quam ipse te habeas, offendisses, nulla
inde molestia suscepta abiurisses: quod autem
hunc animo agresti, & minus bene mora-
to quam ipse sis, offenderis, doles. Ibid.

Docebat Socrates illa ingenia indi-
gere doctrina, quae quam optima sunt.
Nam & equorum quicunque fortes, ani-
mosi, ac dociles sunt, si ab incunte exca-
te domentur, optimos ac utiles: si vero
indomiti maneant, effrenatos ac pessi-
mos euadere. Canesque quaecunque
ingeniosæ, sagaces, laboriosæ, feris im-
portunæ, bene quidem eruditæ, opti-
mas ac perutiles venationibus: econuer-
so vero, vanas, furiosas, ac inobedientes
effici. Similiter etiam hominum quo-
quot ingeniosi, animo fortes, rebus
agendis idonei sint, eruditæ quidem ac
terum illatum docti, quæ agendæ sunt,
optimi atque utiles fiunt. Plura nam-
que ac maxima bona operantur. Ru-

des autem atque indocti, pessimi non
nulli que efficiuntur. Cum enim discer-
nere non queant quae agenda, quaeve
omittenda sint, saepe prauis operibus
vacant. Quod si etiam elati animi ve-
bementesque sunt, effrenati propter-
ea, peruvicacesque redduntur: quo circa
plurimorum magnorumq; malorum causa
sunt. Lib. 4. de factis & dict. Socratis.

Mirum quod qui citharizandi aut
equitandi velint artem discere, aut in
aliquo aliquo similiūm instructiores
reddi, non per se conantur id aillequi,
sed peritiores adeunt, eorumque admo-
nitionibus acquiescunt, ac nihil praeter
illorum sententiā exequuntur, illud pu-
tantes sese sine praceptorum opera no-
satis posse perdiscere. Illorum autem
qui se velint aptos ad dicendum atque
ad Rempublicam regendam effici, non
nulli sunt, qui sine ratione & studio, re-
pentino quodam casu se aptos fieri pos-
se existimant. Ibidem.

Mirum est profectò, si quis velit cer-
donem, aut fabrum, aut equitem in-
struere, is certa habeat loca, quod cum
mittat, ut fiat doctior. Non nulli etiam
dicunt plena esse eorum omnia, qui auc-
bouce

bœus, aut equos bene instructos reddat. Si quis verò aut ipse insituerit velle ediscere, quidnam sit iustum, aut suos velit liberos in ea re fieri eruditiores, non inueniat quò id assequatur. Ibidem.

Quemadmodum incontinentia non famem, non siti aduentare permittēs, neque Veneris desiderium, neque vigilias, per quæ sola voluptuosè edere, bibere, Venere uti, quiescere, atque dormire possit, prohibet necessariis & continuis voluptatibus perfungi: sic cōtrà cùm sola cōtinentia desiderari ista faciat, sola etiam perfungi rectè voluptatibus facit. Ibidem.

De medicina quidē medicis plus credunt homines quàm parentibus: & in cōcionibus oīnnes Athenienses, iis qui maximè sapiunt assentiuntur potius, quàm propinquis. Ibidem.

Omnia igitur hæc, si quis uti sciuerit, opes erunt: nescientibus nequam: haud aliter quàm tibiæ earum usus ignaro, quæ veluti lapides inutiles possidenti fuerint, nisi eas inflauerit. In Oeconomico.

Nos mutuo sermone ynà adsentien-

Ayuntamiento de Madrid do pro

do procedere decet: haud aliter quam qui clara ratione pecuniam inter se tractant. Ibidem.

Nihil in rebus humanis est ordine præstantius, nihil utilius: quod in cho-ro maximè cernitur, qui cum ex hominibus constet, si temerè implicitur atque consistat, turbationem videoas in-iucundam, minimèque spectatione dignam. Cum verò & loquentium concentus, & consistentium ordo respondeat, digna res videri spectarique. Eadem & exercitus ratio, cum confusè incedunt iumentum, armiger, grauis armatura: qui tardè progreditur currentem, stantem cutrens, iumenta e-quietem, grauis armatura leuem, adficienit incommodo. Ibidem.

Quod si non progrediar, ero comparandus oberranti medico ac ægrotos quærantanti, medicinæ alioquin ignaro. Ibidem.

Satis igitur in hac re rustica videoas confidere, ut ab ea minimè tanquam imperitus abstineam. Nam & quod ait, verum esse vel illud inter cætera persuaderet, quod memini consuetudinis pisatorum, eorumque qui in mari versantur,

santur, cùm ad littus applicant, neque considerantes neque tardè incedentes, statim in agros exiliūt, eósque ubi maxi mè fructus esse cōspexerint, extē plò quæ nam sit bona tellus iudicant, qua mala: & hanc vituperant, illam verò collaudāt. Igitur nobis eodem modo de agricultura & tellure bona iudicandum. Ibidem.

Quòd si totam segetem usque ad matritatem crescere sinet, durū profectò fuerit gracili telluri multum seminis aut fructum nutritre, non secus quam sūt plures alere fœtus iam adultos. Ibidem.

Quemadmodum videmus in triremi, cuius remiges gubernator ita verbis animabit, ut alacres ac ludibundi quo cunque ille iussit, celeriter perueniant. Alij verò ignavum nacti magistrum, altero tanto vix temporis spatio segniter ac summo eius odio eūdem cursum absolverint. Similis item est belli ducibus ratio. Nam ut priuatim cuique innatus quidam agendi amor, ita & toti exercitui sub strenuo imperatore alacritas quedam ad eas res nauandas, quæ ab ipso spectante, probari ac laudem ferre

ferre possint, erga quem ipsi afficiuntur. Ibidem.

Neque enim amor appetere gaudet ea quæ in promptu sunt, sed ea quæ sperantur. Proinde non aliter quam si qui nunquam expertus est sitim, potum nanciscatur, itidem qui expers est amoris, expers est iucundissimæ Veneris. In Hierone.

Quemadmodum athletæ cum plebeios superant, non ideo sibi placet, verum cum à plebeis superantur, hoc illos angit: itidem tyrannus non inde gaudet, quod plura possidere videtur priuatis, sed cum minus habet aliis tyrannis, tum diseruciatur, eò quod hos arbitratur sibi in diuitiis æmulos esse & concertatores. Ibidem.

Quin & illud probè nosti Simenides, quod tyranni ciues quos metuunt, à grè conspiciunt viuentes, rufus à grè interficiunt. Quemadmodum si quis equum habeat egregium quidem, sed tamen formidabilem, & vnde periculum sit, ne quod malum det immedicable, ut grauare occidit illum, ita à grè potest illo uti, obseruans ac solicitus

licitus ne quod in periculis afferat existiale malū. Itidem & reliquæ possessio-nes, quæ sic periculosæ sunt ut sunt utiles, molestiam afferunt possidenti, rursum molestiam afferunt abiicienti. Ibid.

Nostri siquidem, quod in equis acci-dere solet, idem usu venire in quibusdā hominibus, ut quō copiosius ipsis sup-petunt necessaria, hoc euadant ferocio-res. Ibidem.

Vt enim quamuis bene superioribus sui partibus ædificata domus, si non subiecta sint cōuenientia fundamenta, nul-li usui fuerit: ita & bellator equus nulli usui fuerit, si maximè omnibus aliis do-tibus, cum malis tamen pedibus abun-det: talis enim nullis suis dotibus vti pos-sit. In libello de re equestri.

Quare ille equester, vt mea fert de pullis educendis ratio, tradet pullum suum domitori, sic tamen, vt non se-cus, ac si filium magistro erudiendum traderet, conscribat quomodo instru-ctum reddi velit. Ibidem.

Vt non irritantur facile, quibus ni-hil neque dicitur, neque fit, quo offendantur, ita & ferociorem equum mini-mè cōmoueritis, qui non læserit. Ibid.

Imperio autem repentinō equus ferocior, itidem vt homo, perturbatur animo, siue quid tum aspex̄: subitō, seu audiuit, seu etiam patitur. Ibidem.

Quicquid enim necessitate facit equus, neque scit facere, neque decet, non magis profectō, quām si histrio ad actionem flagris atque stimulis inciteretur. Ibidem.

Semper autem robustiori, id quod inbecillus est insidiatur. facile verò hæc intelligere potest, qui modò animaduerterit: nam & animātia quæ minus quām homines consilio & intelligentia valent, vt milui, possunt, si quid non custoditum fuerit, & rapere, & cùm rapuerint, in tutum aliquem locum secedere, priusquam deprehendantur. Similiter lupi, quæ custode carent, prædantur, & vel ea quæ sunt in occultis locis, rapiunt: ac si quis occurrat canis, si inferior videatur, lupus in eum impetum facit: si superior, pecude, quamcunque tandem tulerit, imperfecta, recedit. In Hipparch.

Profectō fallendi arte nihil vtilius est in bello: quando enim vel pueri in suis lusibus quæ possunt ad fallendum prætendant, ut cum pauca habeant, multa.

O

habere videantur, & contrà cùm multa prætendant, pauca videantur habere, cur tandem viri, si in fraudibus & fallaciis studium ponant, non possint ista eadem machinari? Nam si victorias, quæ bellis obtinentur, consideremus, plurimas & maximas arte & fallaciis partas esse reperiemus. Ibidem.

Vt enim cultus alius mulieri, alius virò honestus est, sic & odor alius virum, alius mulierem decet. In conuiuio.

Quin, inquit Socrates, mihi quoque, ô viri, vt bibatur valde placet. vinū enim animos rigans, tristitias & dolores quæ admodum mandragoras sopit: & hilaritatem, quemadmodum oleum flammarum, excitat. Itaque virorum conuiuiis eadem accidunt, quæ iis quæ ex terra nascuntur: etenim illa, cùm Deus nimio inbre irrigat, rectâ stare non possunt, nec auris perflari: at cum quatum requirunt, tantum biberint, tunn & rectâ augescunt, florent, ad frugemque perueniunt. Eodem modo & nos, si nimio vino nos ingurgitauerimus, statim tum corpora, tum mentes concidunt, nec respirare, sedum loqui possumus. Ibidem.

Similiter auatis accedit, vt si quis cùm

Ayuntamiento de Madrid ^{multa}

multa possideat, multaque edat, nunquam tamen expleuratur. Ibidem.

Mihi quidem videtur, qui formam sibi spectandam proponit, ci qui agrum conduixerit similis esse: nō enim ut majoris sit pretij diligentiam adhibet, sed ut ipse multis modis ex eo voluptates plurimas percipiat. Qui autem amicitia magis appetit, is similis videtur suum agrum possidenti & colenti: vndeque enim inuehens in eum quicquid possit, utiliorem & pretiosiorem efficit, quem amore prosequatur. Ibidem.

FINIS P. A. R. A.

B O L A R V M.

O 2

V A R I A P I E T A-
T I S H O N E S T A-
T I' S Q V E P RÆC E-
P T A , E X O P T I M I S Q V I-
*busque Autoribus desumpta, atque
alphabetico ordine digesta.*

A

ANTE omnia venerare numen. Pittacus.

A viciis abstine. Periander.

A iureiurando abstine. Idem.

A maledicentia temperato. Cleobulus.

Audito multa, loquere pauca. Bias.

Audi quæ ad te pertinent. Periander.

Age quæ iusta sunt. Periander.

Arcanum cela. Idem.

Affabilis esto. Idem.

Amicis vtere. Idem.

Amicos probato. Thales.

Amicis succurre. Solon.

Amico ne maledixeris. Pittacus.

Amicis aduersa fortuna vtentibus, idem
esto. Periander.

A familiaribus in minutis rebus læsus,
feras. Pittacus.

Ayuntamiento de Madrid Aliena

Aliena ne concupiscas. Cleobulus.

Audito libenter. Pittacus.

Amicos beneficiis foue, quo fiant amiores : inimicis benefac, quo fiant amici. Cleobulus.

Audiēdi quām loquēdi studiosior esto. Idem.

Amicorum nō minus absentium quām præsentium memores esse oportet. Thales.

Amicum ne temere recipito, receptum ne rei cito. Solon.

Amato tanquam osurus, oderis tāquam amaturus. Chilo.

Amicos reuererē. Isocrates.

A quibus turpe est animum vinci, eorū omnium temperantiam exerce, lucri, iræ, voluptatis, doloris. Idem.

Amicos proba, & ex vitæ aduersitate, & ex periculorum societate. Aurum enim igne perspicimus, amicos verò inter aduersa cognoscimus. Idem.

Æquè putas turpe, & ab inimicis superari iniuriis, & ab amicis superari beneficiis. Idem.

Amplectere quidem præsentia, quæ rā que meliora. Idem.

Ames parentem si è quis est: si aliter, se-

ras. Publius.

Alium silere quod voles , primus file.
Seneca.

Aequam memento rebus in arduis
Seruare mentem. Horatius.

A rebus malis manum liberam habe.
Menander.

Animi curam gere tui quantum potes.
Idem.

Amicos laudibus magis quam re cele-
bres. Philemon.

Aequalis sis omnibus , etiam si opibus
præcellas. Eusebius.

Amicum propter iram rebus in aduersio-
ne negligas. Idem.

Amicos habens , thesauros existimare
habere. Epicharmus.

Animum exerce in bonis operibus.
Callimachus.

Ad consilium ne accesseris antequam
voceris. Cato.

Æquum iudica. Idem.

Aleas fuge. Idem.

Aliena concupiscere noli. Idem.

Amorem libenter fert. Idem.

Arcanum neque tu scrutaberis ullius va-
quam,

Commissumque teges , & vino tortus
& ira.

& ira. Horatius.

Amicitiam cum nemine iungito, priusquam exploraueris quomodo prioribus amicis fuerit vius. Sperabis enim cum in te quoque fore talem, qualem erga illos se præbuerit. Iso-
crates.

Ama bonorum tuorum non ingentem cumulum, sed mediocrem fructum.
Idem.

Affentatores non minus odisse debes, quam impostores. Nam utriusque laudunt eos, qui fidem eis habet. Idem.

A publicis functionibus discede non locupletior, sed laudatior. Idem.

Assuefac te non toruitati, sed severitati. nam illa pertinaciæ, hæc prudentiæ tribuitur. Idem.

Autoritas dicentis non moueat te : nec quis dicat, sed quid dicatur attende.
Seneca.

Altiori rei te non applies, & altiorate non quaesieris. Idem.

Ascribes tibi non ea quæ non feceris : nec maior quam es, videri velis. Idem.

Adulationes si continens es, cuita: sit quæ tibi tam triste laudari à turpibus, quam laudari ob turpia. Idem.

- Admoneberis libenter, & reprehendēris patienter.** Idem.
- Aduersitatibus actus, esto firmus: in prospesis cautus, & humilis occultator virtutum, sicut alij vitiorum.** Idem.
- Ablata aliena restitue.** Idem.
- Assuefac ut omnes tuas rationes cum ratione agas.** Pythagoras.
- Age res præclaras, nihil magnifici interim promittens.** Idem.
- Assuefacte ipsum, ut nusquam sis improdens.** Phocylides.
- Animi elationem remitte.** Euripides.
- Aut dic aliquid silentio melius, aut sile.** Idem.
- Amalis facinoribus abstineto, idq; maximè propter concordiam cum Deo.**
Cum nullo enim iniusto Deus commercium habet. Chærondes.
- Ætate matura vxorem domum ducito.**
Hesiodus.
- Amores lasciuos, qui solum ridendo splendent, oderis: non diu durat malæ voluptatis delectatio.** Euripides.
- Aliquid quotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus mortem auxiliij compara, nec minus aduersus cæteras pestes.** Anneus Seneca.

Ante omnia hoc cura, vt constes tibi.

Idem.

Affuesce & dicere verum & audire. Idē.

Ama rationem, huius te amor contra durissima armabit. Quantò fortior ratio est, quantò constātior, tantò vehementius per metus ipsos & pericula exibit. Idem.

Auersamini vitia: colite virtutes: ad rectas spes animum subleuate, humiles preces in excelsa porrigite. Boëtius.

Adolescentem verecundum esse decet. Plautus.

**Absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante, solutos**

Qui captat risus hominum, famāque dicacis:

Fingere qui non visa potest, commissa tacere

Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romanē caueto. Horatius.

**At tu dum priūni floret tibi téporis ætas
Vtere, nam tardo labitur illa pede.**

Tibullus.

Age aliquid, & reipublicæ causa labora. Afer.

Animæ potius quam corporis curam

habeto. Democritus.

Auaritiam omnis improbitatis metropolim fugito. Bion.

Ad largiendum quām promittendum promptior esto. Democritus.

A cibis abstineto qui non esurientem incitent ad edendum : & à potu , qui non sitiētem inuitet ad bibendum. Socrates.

Adolescētis scito esse audire quidē permulta, loqui autē pauca. Anonymus.

Aures ob id tibi scito binas esse , & os vnicum, vt plurima audiens, loquaris paucissima. Zeno.

Assuescito iuuenis senioribus assurgere. Telecrus.

Amicis benefacere, & ex inimicis amicos reddere studeto. Aristo.

Admota manu Deum implorato. Anonymus.

Amicis & familiaribus catenus auxilare, vt interim periurium non admittas. Lycurgus.

Accommodato te amicis , sed usque ad aras. Pericles.

Amico manum ne porrigito complicatis digitis : id est, Amico non te solūm præbeas comitem , sed co- mitati

mitati comitem adiunge benignitatem ac liberalitatem. Diogenes.

Æris alieni atque litis miseriam fac effugias. Chilon.

Aut quām rarissimē, aut quām gratissime cum proceribus conuiuare. Socrates.

Audiendi potius quām loquendi cupidū te ipsum præbeto. Epaminondas.

Agros empturus, ante omnia animaduerte, ne malum habeant vicinum. Cato senior.

Aspicere oportet, quod possis perdere. Publius.

Alieno manum abstine. M. Cato.

Aduersus solem ne loquitur. Pythagoras.

Acta mala ne reflices. Aristophanes.

Affuesce autem viuendi modum habere purum, firmum : & caue ea facere, quæ inuidiam habeant. Pythagoras.

Adulterium fuge : masculāmque venienti cuita. Phocylides.

Amarus fæenerator ne unquam sis viro inopi. Idem.

Assentatores mensipetas ne tibi facito socios. Multi enim potus & cibi sunt socij, tempus captates, ut satiari possint

sint. Idem.

Ama vxorem tuam : quid enim iucundius & melius , quam cum viro mulier placet ad senectam usque , & maritus suæ vxori sit charus , ita ut longè absit discordia. Idem.

Accipe consilium à prudente sapientéq; seruo. Idem.

Arebus venereis tanquam à domino agresti ac furioso profuge. Sophocles.

Alienis ne conare languoribus mederi , ipse vomicis scalens & hulceribus. Gerontius.

Aduersa laborans fortuna , ne futuram desperes felicitatem. Idem.

Aliorum edictus exemplis, pericula suffugito. Demonax.

B

Bonis benefacito. Cato.

Beneficij accepti memor esto. Idem.

Bonos in pretio habeto. Periander.

Bene meritos honora. Idem.

Beneficium repende. Idem.

Benefacta benefactis aliis pertegito. Plautus.

Beneficium accipias tempestuum , in
tempo

Ayuntamiento de Madrid

tempore repende. Menander.

Beneficiū vbi acceperis, memento: dans
autem obliuiscere. Idem.

Bene audire magis quām ditescere ve-
lis. Philemon.

Bonis benefacito. Præclarus enim the-
saurus est, beneficium in bonum vi-
rum collatum. Isocrates.

Beatos iudica non opulentissimos, sed
nullius sceleris sibi consciros. Idem.

Bonos nō tantum lauda, sed etiam imi-
tare. Idem.

Bene si amico feceris, ne pigeat fecisse:
at potius pudeat, si non feceris. Plau-
tus.

Beneficiorum potius quam trophæo-
rum multitudinem post te relinqu-
to. Xenophon.

Bene meritis parem semper referto gra-
tiam. Lucullus.

Bene agentibus ne inuidie. Æsopus.

Bonum esse non te pœnitentiat. Idem.

Benelloquentiam exerce, quæ valde o-
mnes iuuabit. Phocylides.

Benignus esto cunctis, blandus nem-
ini, paucis familiaris.

Bonæ famæ, neque tuæ seminator, nec
inuidus alienæ. Seneca.

cula subibis: neque extra modum excepte diuitias: praesentibus fruere bonis, veluti mortalis: gerisque curam futurorum, veluti immortalis: neque contempte vitam instituas, sed eleganter. Idem.

Consulturus super rebus tuis, cum aliquem in consilium tibi adsumes, considera primo, quo pacto suas ipse res gescit. Qui enim male administravit suas, nunquam bene consulat in alienis. Idem.

Cogitationes inutiles, & vanas, velut somnio similes, non in mentem recipias: quibus si animus tuus se oblectauerit, cum omnia bene disposueris, tristis remanebis. Seneca.

Consilia salubria tunc tibi aduoca, cum tibi alludit huius vitae prosperitas: tunc te veluti in lubrico retinebis, auctis. Idem.

Continentiam si diligis, superflua circuncide, & desideria tua in animum constringe. Idem.

Considera tecum, quantum natura possit, & non quantum cupiditas expectat. Idem.

Concupiscentiae tuæ impone frenum:
& omnia

& omnia blandimenta , quæ occulta
voiuptate animum trahunt , rejice.
Idem.

Continentiam si diligis , turpia fugito ,
antequam eueniant. Idem.

Contendenti facile cede. Idem.

Clementiæ sis cultor , sæuitiæ detesta-
tor. Idem.

Cùm peccaris in re aliqua , libéter vinci
te finas. Philippides.

Consule ante opus , ne quid stulti com-
mittas. Pythagoras.

Cùm quid sanctum agis , bonam spem
tibi propone , certus quòd conatum
iustum etiam Deus adiuuat. Me-
nander.

Cōtinentiā tibi vt robur ingens op̄esq;
parato. Pythagoras.

Conare amentiam fortunę animo forti
sustinere. Menander.

Cùm sis natus mortalis , mori ne ti-
meas. Diphilus.

Cùm molestum aliquid ingruit , quære
nunquid aliud præsenti molestia gra-
uius vsquam appareat: quod si appa-
ruerit , gaudeto præsente tanquam
minore malo. Eusebius.

Conuiuia cum extraneis , ac vulgari-

bus respue. Quòd si quando tempus
incidat: intentū habe animum, ne in
vulgarē statū defluas. Scias enim ne-
cessariū esse, qui cū inquinato confi-
ctetur, & ipsum inquinari. Epictetus.
Cum his conuersare, qui te meliorem fa-
cturi sunt. Seneca.

Cogita te mortalem esse. Epicurus.
Colant te serui potius q̄ timeant. Idem.
Compesce amoris impij flamas pre-
cor. Seneca.

Comprime motus:
Ne et tibi quid liceat, sed quid fecisse
decebit,
Occurrat, mentēmque domet respec-
ctus honesti. Claudianus.

Cede repugnanti: cedendo vīctor abi-
bis. Ouidius.

Cum his ambulato, cum quibus conspe-
ctus non mutet colorem. Hippoc.
Citra delectū potatorū turbæ ne te im-
misces: hominis est enim impudētis
& parū cordati. Aristarchus.

Coneris ad exigua largiendū, quam ad
plurima promittendum, esse propen-
sior. Democritus.

Ciuis cū sis, ciuitatis pareto legib⁹. Soc.
Consilio melius vincas quam iracun-
dia. Publius.

Cū pari viuito. Qui enim cū potētiore
viuit, necesse habet saxe de suo iure
concedere. Cum æquali, æquale tibi
ius erit. Æsopus.

Caue parui commodi causa, amictas ma-
gnoum. Idem.

Caue cuius homini fidē habeas. Sunt
enim qui dolo nō tantū benignè di-
cunt, sed & benignè faciunt. Idem.

Caue fidem habeas verbis: ni caueris se-
pe tibi dabuntur verba.

Capienda est conjectura cùm ex verbis,
tùm ex factis, & ex his illa sunt iudi-
cauda. Idem.

Cogita q̄s quid suadet. Multi enim sua-
dent vtilia, nō tibi, sed sibi. Anianus.

Caue sit in tuo conuictu homo duplici
corde, quique in sermone sit Pro-
theus. Idem.

Cum flagitious nullum habeto commer-
ciuin. Æsopus.

Caueto ne alienam disciplinam temere
contemnas. M. Catō.

Corne edito. Pythagoras.

Cibum in matellam ne immittas. Idem.

Caue certamen congregdi cum poten-
tioribus. Pindarus.

Criminis haud parui causa auerteris a-
mioum. Pythagoras.

Contentus rebus proprijs, aliena relinque. Phocylides.

Cognatis amorem tribuas, sanctamq; concordiam. Idem.

Conare adolescens, eos qui corporis gratia tibi affecti sunt, animi tui amatores facere. Æsopus.

Cunctabundus negotia aggredere: aggressa celeriter confice. Bias.

Cum voluptatibus pugnam capescito, victoriam reportaturus speciosam. Democritus.

Conferis monumenta virtutis post te, magis quam corporis imaginem relinquere. Isocrates.

Consilium captaturus, præterita exempla conferto futuris: sic enim celerimè id quod latet, ex eo quod in propatulo est, deprehēdas licebit. Idem.

D

Deu m cole. Solon.

Diutinā amicitiā custodi. Periad.

Dolorem fuge. Idem.

Delecta amicos. Idem.

De rūmine ne malè loquare, quid sit au em, ausulta. Bias.

Deposit

Ayuntamiento de Madrid

Depositum redde. Pittacus.

Desidiosus ne esto. Idem.

Dominus curam age. Cleobulus.

Datum serua. Cato.

Delibera lentè, quod decreueris, constanter vrge. Bias.

Disce puer quæ viro sunt vñsi futura.
Aritippus.

Damnu potius quam turpe lucrum deligo: nā id semel tantum dolori est,
hoc autem perpetuò. Chilo.

Dum secunda fortuna arridet superbire
noli, aduersa perstrepente, noli frangi. Idem.

Danda est opera, ne quid contra æquitatem contendas, ne quid pro iniuria. Cicero.

De teipso laudes ne habueris. Emperadores.

Deum cole, & omnia facies diuino instinctu. Pythagoras.

De pietate & loquere, & disce. Chætondes.

Divitijs fretus, iniusta ne nitaris facere.
Polixenus.

Deum time. Isocrates.

Diligenter inquirito in tuos familiares:
teque scito talem à vitæ tuæ ignaris

iudicatum iri, quales illi fuerint, cum
quibus viuis. Idem.

Divitiatum studio occupatos contem-
ne, atque ijs quæ habent uti nescien-
tes. Simile namq; cōtingit illis, quod
equum possidenti bonum, & equita-
renscienti. Idem.

Dedecus magis vites, quam periculum.
Oportet enim malis formidabilem
eis finem vitæ: probis vero vitam
cū turpitudine coniunctam. Idem.

Disce id quod scire potes. Seneca.

Dicentium esto tacitus auditor, audi-
torum promptus repetitor. Te quæ-
renti facile responde. Idem.

Doctrinam quam nosti, sine arrogan-
tia postulanti impartire. Idem.

Dubium nō definias, sed suspensam te-
ne sententiam. Idem.

Daturus non differas. Sosiades.

Divitijs non confide. Idem.

Declina inuidiam vulgi, & insidias odio
te prosequentium caue. Theobulus.

Ducas autem virginem, ut bonis mori-
bus ipsam initias: omnia diligen-
ter circunspiciens, ne vicini tuas nu-
ptias irrideant. Hesiodus.

Defunctum non maledictis afficias, sed
beatum

beatum prædices. Chilon.

*Dum vires annique sicutur, tolera-
te labores:*

*Iam veniet tacito curua senecta
pede, Ouidius.*

*Delinqüentibus ne temere irascitor, sed
corum vitia medicorum exemplo cor-
rigito, qui non indignantur ægrotis,
sed medentur morbo. Democritus.*

*Divitias iniustas ne corradi. Democritus.
De temetipso in neutram partem præ-
dica: quoniam laudare se, vani: vita pe-
tare, stulti est. Aristoteles.*

*Ditate magis, quam dilescere studeto.
Agesilaus.*

*De quibus alios reprehendis, te ipsum
in primis increpa. Diogenes.*

*De inimico ne loquare male, si cogites.
Publius.*

*Dies quod donat timeas, cito raptum
venit. Idem.*

*De quo bene merearis, vide. Multi fo-
re, qui accepto beneficio in autoris
abusu sunt periculum. Alcibiades.*

Deum ante omnia cole. Idem.

*Douum quodcumque dat quis, pro-
ba. Anonymus.*

Duc cęcū, tectis intectū suscipe: nautas
Mercibus amissis sparsim miserare
vagantes. Phocylides.

Diues opum cùm sis, mendicis porrige
dextram. Idem.

Diuitijs ne parcas:memento quòd mor
talis es. Non enim licet apud Pluto
nem diuitias habere, & pecunias fer
re. Idem.

Dignum te Deo reddideris , si nullum
facinus eo indignum admiseris. De
mocritus.

E

EA F A C I T O, quorum non possis pœ
nitere. Periander.

Ex ingenuis liberos crea. Idem.

Egressurus domo , tecum expendito,
quid foris agere velis: domum vbi re
dieris, quid egeris reputato. Cleo
bulus.

Ex alienis vitijs disce quām fœda sint.
Anacharsis.

Eos tibi amicos deligo , quorum te
postea non pudeat.

Ex alijs periculum facito , tibi quod ex
yfū siet. Terentius.

Existim
Ayuntamiento de Madrid

Existima te maximè decere modestiam,
verecundiam, probitatem, temperan-
tiam. Nam his omnis adolescentia
disciplina continetur. Isocrates.

Ea parato viatica , quæ simul cum nau-
frago enatent. Aristippus.

Ebrietatem tanquam pestem fuge.
Æchylus.

Ea tantum honesta & pulchra esse du-
cito, quæ bona sunt: turpia verò quæ
mala. Antisthenes.

Eorum quæ non decet , nihil concipi-
scito. Menedemus.

Exercitationibus corporis firma te nō
ijs quæ robori, sed quæ sanitati con-
ducant. Id assequēris, si definis labo-
rare , tolerando adhuc labori suffi-
ciens. Isocrates.

Exerce spōtaneis teipsum laboribus , vt
ad actos quoque perficere queas. Idē.
Ede citra satietatem, bibe cum sobrie-
tate. Seneca.

Ebrietatem vita. Idem.

Errori facile dato veniam. Idem.

Exiguæ si tibi sint res , non tamen sint
angustæ. Ne tua defleas , nec aliena
mireris. Idem.

Æquus omnibus esto: seuerior iudicio,

quām sermone : vitāque , quām vul-
tu. Idem.

Erga rebellantes audacia , erga subie-
ctos benevolentia vtere. Agesilaus.
Et iusta dicere studeto , & eadem facere
ne negligito. Diogenes.

Etiā obliuisci quōd sis , interdum ex-
pedit. Publius.

Etiā atque etiam vide , qui cum res ti-
bi sit. Si in fortiorē dentes acuis,
non illi , sed tibi nocueris. Æsopus.

Extra publicam viam ne deflectas. Py-
thagoras.

Eodem ore calidum & frigidum ne ef-
flato. Anianus.

Ea perfice , quæ te non postea dolore af-
ficiant. Pythagoras.

Ensem accingitor non ad cædem , sed
ad defensionem. Phocylides.

Errata propria , magis quām aliena re-
prehendito. Democritus.

F

Frug i esto. Pittacus.

Fer mœrorem & iacturam fortiter.
Palemon.

Fideles existim a , non eos qui quicquid
dixeris

Ayuntamiento de Madrid

dixeris , aut feceris , laudant : sed qui etiam errata & delicta reprehendunt.
Isocrates.

Familiaritate proba amicos , lege inimicos . Idem.

Facultates quas habes , dilige duas ob causas : ut & magnum aliquod damnum resarcire , & a mīcīs probis laborantibus possis opem ferre : ad reliquum vitæ usum non plus æquo , sed moderatè ista concupisce . Idem.

Faciem reddere nitidam & speciosam non laborabis , sed in actionibus studisque tuis pulcher esto . Pictacus .

Fuge voluptatem , quæ ferat in posterum damnum . Alexis .

Fortunæ mutationem sustine . Eutripides .

Fortis esto voluptatum vīctor . Democritus .

Fraudulentos adulatorum sermones auersare Philon .

Fortunæ , anim i fiduciā , legi naturam , affectibus rationem opponito . Diogenes .

Filias viris elocato ætate virgines , sed prudentia matronas . Cleobulus .

Feras , non culpes , quod vitari non potest

test. Publius.

Fer difficilia , vt facilia leuius feras.

Idem.

Feras quod lædit, vt quod prodest, per-
feras. Idem.

Fac quæ te non mœstificent. Æsopus.

Familiam ne srueris peccare. Marcus
Cato.

Fac ea quæ te non lædant : consydera
autem ante opus. Pythagoras.

Fidem in omnibus serua. Phocylides.

Furum ne accipias furtuum virorum
depositum : utrique enim fures & re-
ceptor & furator. Idem.

Fuge discordiam & litem. Idem.

Filiis ne difficultis sis , sed mitis esto.
Idem.

Facere quām dicere bene , promptior
esto. Democritus.

Foro te para. Cato.

Familiam cura. Idem.

Filio s corripe. Periander.

Familiæ curam gere. Cleobulus.

Fuge turpia. Chilon.

Fœdera mortales ne sæuo rumpite
ferro,

Sed castam seruate fidem. Silius Ita-
licus .

Fuga morbum à corpore, infcitiam ab animo, voluptatem à ventre, seditionem à ciuitate, dissensionem à domo, & à cunctis rebus intemperantiam. Pythagoras.

G

GRATIFICARE amico. Sosiades.
Gaude cū tibi cōtigerint bona: moderatéque cole, si tibi inciderint mala: neutrius tamen animi in aliis velis esse manifestus. Absurdum enim est reconditas in domibus opes asserare, & cogitationem in propatulo positam circunferre. Isocrates.

H

HO MIN E M esse te ipsum submone semper. Democritus.

Hospites pauperes ne negligas, cūm videris. Anaxagoras.

Homo cūm sis, da operam vt iram cohibeas. Socrates.

Homo cūm sis, id fac semper intelligas & memineris:

C O G N O S C E T E I P S V M .

Philemon.

Ayuntamiento de Madrid Hoc tene,

Hoc tene, aduersis non succumbere, lætis non credere. Seneca.

Helleborum frustra, cùm iam cutis egratumebit,

Poscentes videas. veniéti occurrite morbo. Persius.

Honestam paupertatem impiis diuitiis longè præferto. Cato.

Hominibus ne magna promittito, sed magna facito. Phocion.

Hominibus placere cupiens, loquere illis iucundissima, præsta autem utilissima. Antalcidas.

Hyrundinein sub eodem tecto ne hædeas. Pythagoras.

I

IN FORTVNIVM tuum celato, ne vobis
luptate afficias inimicos. Periander.
In speculo teipsum contemplare, & si
formosus apparebis, age quæ deceat
formam. Sin deformis, quod in facie
minus est, id morum pensato pulchritudine. Bias.

Inimicum ne putas amicum. Pittacus.

Inter amicos ne fueris iudex. Idem.

Infortunatum ne irriseris. Idem.

Ayuntamiento de Madrid Inimici

Inimicitiam solue. Idem.

Iustè iudicato. Cleobulus.

Inferiorem ne reiicias. Idem.

Iustè rem para. Chilon.

Iracundiæ moderare. Solon.

Ignoscas aliis multa, nihil tibi. Cleobulus.

Ingratus ne esto. Pittacus.

Iniustitiam fugito. Idem.

Iniquos fortunæ casus fortiter perferre consuecito. Cleobulus:

In secundis rebus moderatus esto: in aduersis verò fortis ac prudens. Petriander.

In sermone vide ne arcana effutias.
Solon.

Immortale odium ne serues, mortalis
cùm sis. Bias.

Iuuenis cùm sis, multa utilia disce. Me-
nander.

Iuuenis cùm sis, audire seniores velis.
Pythagoras.

Iusurandum fuge, etiam si iustè iures.
Sosiades.

Improbum virum nunquam tibi facias
amicum. Simonides.

In rebus aduersis amicos beneficiis af-
fice.

fice. Anacharsis.

Ita dispensa tempus, quasi & diu victurus, & mox moriturus. Bias.

Impera, sed prius edocetus imperio patere. Solon.

In defunctum maledicta ne congerito.
Aesopus.

Iuslurandum si postulabitur, duabus de causis dabis : vel ut temetipsum turpi criminē liberes, vel ut amicos ē periculis eripias. pecuniae verò causa nullius dei numen iures, etiam si li quidò id facere possis: ne aliis perieris, aliis auarus esse videaris. Isocrates.

In vestitu fac ornatum probes, luxum repudies. Habet autem ornatū magnificentiā, luxus redundantia. Idē.

Immortalitatem specta magnitudine animi: mortalitatem, moderato rerum vsu. Idem.

In deliberando tardus esto: in exequendo deliberata celer. Idem.

Impera tibi ipsi non minus, quam & cæteris: idque maximè regium putato, si nullis libidinibus seruias, sed cupiditates magis in potestate habeas, quam ciues tuos. Idem.

Imagines, quę virtutis tuę potius, quam corporis monimenta sint, fac relinquas. Idem.

In omnibus tuis factis Regni memetos solicitęque caue, ne quid honore isto indignum designes. Idem.

Inexpertū nihil affirmes: quia nō omne quod verisimile est, statim verum est: sicut & saepius, quod primum incredibile videtur, non continuè est falsum.

Seneca.

Iocos si tempus exigit, hos quoque cū dignitate sapienter gere: vt te nō gravet quispiam, tanquam asperum: nec contemnat, tanquam vilem. Idem.

Imprudentiam nullius despicias. Idem.

Iustitiam quisquis sectari desideras, primò Deum time, & cum ama, vt amaris ab eo. Amabilis autem eris Deo, si in hoc illum imitaberis, vt omnibus velis prodesse, nulli nocere. Et tunc cuncti appellabunt te virum iustum, & omnes te sequentur, venerabuntur, & diligent. Idem.

Iustus vt sis, non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis. Nam nulli nocere, non est iustitia, sed alieni abstinentia. Idem.

Q.

Ayuntamiento de Madrid

Iusitrandum refuge, si possis: si minus,
cum licet. Epictetus.

Impera tibi ipsi. Sosiades.

Impetu linguae. Idem.

Iusta faciens, Deum auxiliatorem con-
sequeris. Menander.

Irae moderator. Idem.

Itam rationis insciam refrenare in per-
turbationibus sapientem in primis
oportet. Idem.

Inter epulandum considera duos tibi ex-
cipiendos conuiuas, corpus & anima.
Tum quod omne in corpus collatum,
statim rutsum effluxurum sit: quod
autem in animam, perpetuo seruan-
dum. Epictetus.

In iuste pecunias ne comparato. Euripi-
des.

Ira furor brevis est, animum rege, qui
nisi paret,

Imperat: hunc signis, hunc tu compesc
catena. Horatius.

Inter spem curamque, timores inter &
iras,

Omnem credere diem tibi diluxisse supre-
mum. Idem.

In alic

In alienas ædes nec pedes nec oculos inferto. Zenocrates.

In solitudine te ipsum, in via obuios & domi parentes diligenter reuerere. Demetrius Phalereus.

Illud in primis discito, talem humana-
rum rerum circum esse, qui rotat-
tus eosdem semper fortunatos esse
non sinit. Crœsus.

Inter loquendum manus ne moue-
to : id enim est recordium. Chil-
lon.

Ita te ipsum comparato, ut optimam quæ-
que facias. Epictetus.

Ita viuito, ut viuus sis laudabilis, mor-
tuus autem beatus iudiceris. An-
tagenes.

In conferendis beneficiis ne vincaris
vnquam. Anaxilaus.

In maxima licentia tibi ipsi moderare
& cupiditatibus quasi frēnos imponi-
to. Antoninus Verus.

Ita mortem contemnito, ut nihilo
secius curam habeas incolumita-
tis. Chilon.

Immortalitatem appetens, iuste piéque
viuito. Antiſthenes.

Ita te gere erga patriā , vt erga matrem.
Pythagoras.

Ita cum hominibus omnitépore viuito,
ac si Deus autor omnis boni, ac mali
vltor, prēsens nostras actiones intue
retur. Athenodorus.

In amicitię vſu ita versari oportet, vt me
mineris eam ad grauissimas inimici
tias posse conuersti. Bias.

Iniuriam magis quām incendium extin
guit. Heraclitus.

Id agas , ne quis tuo te merito oderit.
Publius,

Ita amicum habeas, posse vt fieri inimi
cum putas. Idem.

Iratum breuiter vites,inimicū diu. Idē.
Iactantiam vitato:ita facilè assentatorū
pestiferū genus vitaueris. Æsopus.

In secundis rebus non efferaris, non si
ferox.Nam si vultum mutarit fortuna,
vlciscetur quos læsist. Idem.

Inter amicos fac habcas discrimin. Sunt
enim quidam amici non tui, sed men
ſæ tuæ , sed fortunæ tuæ . Quæ quidē
fortuna ſimul ac mutata erit , & illi
mutabūtur. Et bene tecum actū erit,
ſi non inimici fuerint. Idem.

In secundis rebus Dei ſis memor, vt in
aduersis

aduersis reb. præsens sit vocatus. Idē.
In quam domū mercedis gratia te tra-
 das vide. Nonnulli humanissimi sunt
 heri. Multi etenim hodie eò demen-
 tiæ prolabuntur, vt vel seruos infor-
 tunio malo & damno libēter mactēt.
 Idem.

Ignem gladio ne fodito. Pythagoras.

Ignem igni ne addas. Plutarchus.

Ita fugias, ne præter casam. Terentius.

Intra tuam pelliculam te contine. Por-
 phyrion.

Intra tuum ipsius sinum inspice. Pli-
 nius.

In alieno choro pedem ne imponito.
 Plutarchus.

Iustitiam exerce operéque verbóque.

Pythagoras.

L

LA V D A T O honesta. Periander.

Liberos institue. Idem.

Litem oderis. Idem.

Largire cum vtilitate. Idem.

Lingua non præcurrat mentem. Pit-
 tacus.

Legibus pare. Idem.

Libros euolue. Cleobulus.

Liberos tibi charissimos erudi. Idem.

Laudatus esto apud omnes. Thales.

Linguam, ventrem, & pudenda cohibe.

Anacharsis.

Libros lege: quos legeris memento.

Cato.

Literas disce. Idem.

Linguam perpetuò compesce: in conuiuiis verò maximè. Chilon.

Lucrum improbum ne accipere velis vñ quam. Democritus.

Linguam maximè vbiique nitere cohære. Philippides.

Legibus obtempera. Isocrates.

Legibus regiis cùm ipsis obtempera, tum voluntatem eorum firmissimam esse legem ducito. Quemadmodum enim in republica populari degenti multitudo colenda est: sic eum qui in imperio regio consedit, regem admirari oportet. Idem.

Lætior esto, quoties displices malis: & malorum de te existimationes paruas, ad veram laudationem tibi ascribe. Seneca.

Lauda parcè, vitupera parciùs. Nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio

datio. Illa siquidem adulacione , ista
verò malignitate suspecta est. Idem.
Loquacem mulierem tibi ne associato.
Antiphanes.

Leuiter ex merito quicquid patiāre fe-
rendum est.

Quæ venit indignè pœna , dolenda
venit. Ouidius.

Loquere quæ sunt optima : & quæ sunt
honestissima facito. Agesilaus.

Lucrum ne magnificito. Alcmenes.

Linguæ continens esto. Æsopus.

Linguæ mentem adhibe: celandum ver-
bum in mente tene. Phocylides.

Lapso redde manum , misericordia seruato
virumque. Idem.

M

MAGISTRATVS metue. Periander.

Mortalia cogita. Idem.

Mortuum ne rideto. Idem.

Mortem oppere pro patria. Idem.

Multitudini place. Chilon.

Moribus probatus esto. Idem.

Malos odio prosequitor. Solon.

Multis terribilis , caueto multos. Pe-
riander.

Malorum consuetudinem fugito. Æsopus.

Magistrum metue. Cato.

Mundus esto. Idem.

Maiori cede. Minori parce. Idem.

Miserum ne irriferis. Idem.

Mutuum dato. Cui autem des, videot. Idem.

Meretricem fuge. Idem.

Maledicus ne esto. Idem.

Minorem te non contempseris. Idem.

Memineris iuuenis, quod aliquando senex eris. Martialis.

Munera iusta & da, & accipe. Demanax.

Mulieri vitam ne credas tuam. Menander.

Mortalis natus cum sis, ne irrideas mortuum. Æschylus.

Mores improbos fuge, & lucrum improbum. Palæmon.

Memento iuuenis cum sis, quod senex eris aliquando. Hippocratides.

Mediocritatem sectare: auaritiam fuge. Democritus.

Memineris cum fueris diues, pauperes iuuare. Epictetus.

Mores primum, mox eloquentiam dī-
sce, quæ

fce , quæ malè sine moribus discitur.
Plinius Secundus.

Moribus tuis adsit affabilitas , verbis vrbanitas. Est autem affabilitatis , obuios salutare:vrbanitatis, comiter eos appellare. Isocrates.

Magni fac opes tuas duabus de causis: tum vt magnam multā soluere, tum vt honesto amico, quem vrgeat infortunium , fabuenire queas. Quod autem ad cæteras vitæ rationes attinet, non supra modum , sed mediocriter eas diligo. Præsenti statu contentus esto : quære tamen res meliores. Idem.

Magistratum adeptus , nullius improbi ministerio in obeundis negotiis vtit. Nam quicquid ille deliquerit , id tibi imputabitur. Idem.

Magis caue reprehensionem quam periculum. Nam vt vitæ finis improbis hominibus , sic bonis viris vita cum ignominia formidolosa esse debet. Idem.

Magnanimos puta , nō eos qui maiora suscipiūt, quam sustinere possint : sed qui & mediocria desiderant , & quæ aggrediuntur perficere possunt. Idē.

Minimè decere puta , cum priuati quidam homines mortem oppetendam censcant , vt post obitum laudentur : reges eas actiones fugere , quæ viuetibus gloriam pariant . Idem.

Meditare de præclaris actionibus loqui : vt assuefas iis similia sentire , quæ dictitas . Quæ tibi cogitanti optima videbuntur , care ipsa perficito . Idem.

Mobilis esto , non leuis : constans , non pertinax . Seneca.

Magnanimus si fueris , nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri . De inimico dices , non nocuit mihi , sed annum nocendi habuit : & cum illum in potestate tua habueris , vindictam putabis , iudicare potuisse . Idem.

Maiorem te natu reverere : iuniorem doce . Sosiades.

Mali viri est , imprudenter agere & loqui . Quin ista facito , quæ tibi non in posterum molesta sint . Pythagoras.

Mendacia ne dixeris , sed omnia vera loquaris . Phocylides.

Mendax testimonium fuge , & iusta dicito . Idem.

Malum , etiam si solus fueris , neque disseris

xeris neque feceris. Disce autem te-
ipsum multò magis quàm alios reue-
teri. Democritus.

Mortalis existens, mortalia quoq; pas-
surum te expectes. Euripides.

Mortem meditare. Epicurus.

Misce stultitiam consiliis breuem.

Dulce est despere in loco. Horatius.

Mala dediscito. Socrates.

Memento te esse hominē. Simonides.

Mel summo digito, non caua manu gu-
stato. Id est: voluptates quàm parcif-
simè admitte. Dionysius Sophista.

Magistratus cùm sis, ita tuis imperato,
vt pater filiis. Agasicles.

Meticulosus esto, sed aduersus inhone-
sta. Zenophanes.

Multò satius esse putato, humi cuban-
tem viuere, ac bono quietóque ani-
mo esse, quàm perturbatum in auro
lecto. Phocion.

Mulieri nunquam credas arcana. Ä so-
pus.

Morbum morbo ne addito. Euripides.

Maturè fias senex, si diu velis esse senex.
Cato Maior.

Marinus cùm sis, ac velis fieri terrestris.
Anonymus.

Mendacium
Ayuntamiento de Madrid

Mendacium si quod in te dicatur, cquo animo feras. Pythagoras.
Manum ne sanguine polluto. Phocylides.

Mercedem da laboranti: ne preme pauperem. Idem.

Mortalia curato vir optime, quandoquidem tibi quoque est moriendum. Antiphanes.

Maiori studio auribus, quam lingua vtre. Demonax.

Medicum atque amicum, eum tibi slegito, non prout fors tulerit omnem, sed ut quisque melior est, atque utilior. Idem.

N

Ne cui inuidias. Periander.

Ne tempori credideris. Idem.

Ne quavis de re doleas. Idem.

Ne effesaris gloria. Idem.

Ne prior iniuriam facias. Idem.

Ne loquaris ad gratiam. Idem.

Ne ob diuitias laudaris virum indignū. Bias.

Ne contendere cum parentibus, etiam si iusta dixeris. Pittacus.

- Ne geras imperium , priusquam parere
didiceris. Idem.
- Ne lingua præcurrat mentem. Idem.
- Ne festinaris loqui. Idem.
- Nosce te ipsum. Idem.
- Ne sis vñquam elatus. Cleobulus.
- Ne te ipsum præcipites in discrimen.
Idem.
- Ne cui miniteris, est em̄ muliebre. Idē.
- Ne cui inuidetas mortalia. Chilon.
- Ne quid suspiceris. Idem.
- Ne fueris onerosus. Idem.
- Nemini inuideto. Solon.
- Ne iurato. Idem.
- Nemini promittito. Thales.
- Ne cui calamitatem suam exprobaris.
Pittacus.
- Ne præceps sis ad loquendum. Bias.
- Ne quæras fraude ditescere. Thales.
- Ne lingua præuertito animum. Chilo.
- Neminem irriseris. Cato.
- Nil temerè credideris. Idem.
- Nil mentiti debes. Idem.
- Nihil ex arbitrio virium feceris. Cato.
- Nihil turpis lucri agito gratia.
- Non modò in delinquentes, sed in eos
etiam qui peccare gestiant, grauiter
animaduertito. Periander.

Nec

Nec veneris, nec tu vini tenearis amore
Vno namque modo vina Venüsque
nocent.

Vt Venus enervat vires, sic copia Bac-
chi

Attenuat gressus, debilitatque pe-
des.

Multa cæcus amor cogit secreta fateri,
Arcanum demens detegit ebrietas.

Compedibus Veneré, vincis constrin-
ge Lyxum

Ne te muneribus lædat vterque suis.
Vina sitim sedent, natis Venus alma
creandis

Seruiat, hos fines transiliisse nocet.
Vergilius.

Ne quid expectes amicos, quod tu age
re possis. Ennius.

Nitere tibi ipsi gloriam relinquere. Me-
nander.

Ne insulta infortunato: cōmuniſ eñim
fortuna eſt. Aristides.

Nunquam de te ipso infortunatus de-
speres. Polyænus.

Ne sapias, mortalis cum sis, quæ ſupræ
Dei voluntatem ſunt. Theobulus.

Ne omnia nitaris omnibus credere ſem-
per. Philon.

Ne

Ne properes ditescere , ne citò pauper fias. Menander.

Ne fuge socium in malis constitutum. Phocion.

Nunquam contendas duorum amicorum esse iudex. Idem.

Nitere amicis non malus esse amicus. Lucullus.

Neque petulantem risum ama , neque audacem orationem proba: nam alterum incogitantiæ est , alterum insaniæ. Isocrates.

Ne te pigeat longam ire viam ad eos , qui se aliquid utile docere profitentur. Cùm enim mercatores rei familiari augendæ gratia tanta maria transeant: turpe fuerit , adolescentes excolendi ingenij causa nec terrestre iter velle suscipere. Idem.

Ne saepius eosdem iisdem de rebus , neque verbosius alloquare. Est enim rerum omnium satietas. Idem.

Ne cui arcana tua credas , nisi res illas taceri æquè expediat & illis audiencibus , & tibi dicenti. Idem.

Neque cum damno fidem amicorum explorare , neque sodalium animos ignorare velis , cuius rei commodis.

finia

sima erit ratio, si egere te simularis, cum non eges. In consilium item eos adhibeto de rebus quas vulgari nihil refert, perinde ac si arcanae sint. Nam & deceptus, nihil detrimenti capies: & voti compos factus, mores eorum habebis perspectiores. Idem.

Non minus turpe ducas superari beneficiis amicorum, quam vinci maleficiis inimicorum. Idem.

Nemini calamitatem exprobres: nam fortuna communis est: futuraque prouideri non possunt. Idem.

Nullius improbi negotij vel adiutor, vel patronus esse velis. Nam & ipse talia putaberis agere, qualia perpetrata a ceteris defendes.

Neminem eorum qui lucris iniustis distescunt, emulare: sed eos pluris facito, qui in iustitiae studio incommode afficiuntur. Nam iusti, si nulla re alia iniustis praestant, spe certe bona sunt superiores. Idem.

Nihil rerum humanarum esse firmum existima. Sic enim fiet, ut nec in rebus secundis laetitia exultes, nec in aduersis consterneris. Idem.

Nihil per iracundiā agito: sed iram ^{tempus} cum

tempus postulabit, simulato. Idem.
Noli de rebus quibus vis contendere,
sed de ijs duntaxat, quarum victoria
tibi profutura est. Idem.

Nullam familiaritatem temere, aut sine
ratione contrahe: sed ijs gaudere
cōgressibus assuesce, qui te & sapien-
tia augeant, & virtutis apud alios opi-
nione. Idem.

Noli putare, alijs viuendum esse mode-
ratē, regibus perturbatē, sed tua tem-
perantia fac alijs exemplo sit: nec
ignores totius ciuitatis mores ad ex-
emplum magistratum confirmari.
Idem.

Ne admittas, vt natura tua simul vniuer-
sa intereat: sed cūm corpus mortale
tibi contigerit, animus immortalis,
conare immortalē animi tui memo-
riam relinquere. Idem.

Nunquam in re quapiam dicas, perdidi
hoc, sed reddidi: Puer obijt, redditus
est: Ager creptus, nōnne & hic reddit-
tus est? Epictetus.

Neque quicquam vñquam humile co-
gitabis, neque quicquam cupies ni-
mis. Idem.

Nunquam autem turpe quid commi-

tes , vel cum alio , vel solus , sed omnium maximè te ipsum reuerere .
Pythagoras.

Ne nō tibi neque verbis , neque factis imponat , ut facias , dicās ve , quod tibi non consultissimum sit . Quin factio quæ tibi nō obsint , & rationem ante factum initio . Idem .

Ne que somnum molibus in oculis suscipe ; antequam diurnorum operum ter vnumquodque percurras : Quo transgressus sum ? quid feci ? quod mihi decens perfectum non est ? Incipiens à primo , percurre , & quæ postea . Mala quidem operatus dole , bona verò latere . Hæc labora , hæc meditare : hæc oportet cupere te : hæc te diuinæ virtutis ad vestigia ponent . Idem .

Nihil illorum age , quæ ignoras : sed dirice quæcunque oportet . Sic enim iucundissimè viues . Idem .

Ne tabulis & picturis domum tuam circunda , sed temperantia ipsam depinge . Illud enim alienum est , & oculorū modo iucunda præstigiatio . Hoc verò indelebilis æternusque domui ornatus existit . Epictetus .

Ayuntamiento de Madrid **Noli**

Noli aliam occultare in corde sententiā,
 & aliam proferre. Phocylides.

Ne tute teipsum ob rem leuem iracundum exhibeas. Epicharmus.

Ne malum malo medicare. Herodotus.

Nullum tibi tempus ociosum elabatur.
 Hippoanax.

Noli inuidere fortunatis, ne videare malus. Chares.

Ne cum regibus cōtenderis. Euripides.

Ne magis alios homines reuereare quā teipsum: neq; magis delinquas, si nemo resciturus sit, quām si omnes homines. Sed teipsum maximē verearis,
 & hanc animo tuo legē constituas, ut nihil absurdū cōmittat. Democritus.

Ne respexeris ad falsas vulgi opiniones,
 sed veritatis rationem omnibus præferto. Sopater.

Nuptias frugales & aquales opibus celebrato. Chilo.

Ne coloribus ornare corpus velis, sed potius animum factis & moribus sinceris. Antiphanes.

Neque procluis ad risum, neque tristis esto. Naumachos.

Ne nimiū seuerus & grauis esto, erga infeliciter agētes, homo cūsis. Eurip.

- 240 S E N T E N T I A E
- Ne sis miser ante tempus. Seneca.
- Noli mala tua facere tibi ipsi grauiora,
& te querelis onerare, leuis est dolor,
si nihil illi opinio adiecerit. Idem.
- Nunquam te fallant animi sub vulpe la-
tentest. Horatius.
- Nec tua laudabis studia, nec aliena re-
prehendes.. Idem.
- Nec citò credideris, quātum citò cre-
dere ledat.
- Exemplum vobis non leue Procris
erit. Ouidius.
- Nēue puellarum lachrymis moueare ca-
uetos,
- Vt flerēt, oculos erudiere suos. Idē.
- Ne fræna animo permitte calēti.
- Da spacium, leuémque morā: mala cun-
cta ministrat impetus. Statius.
- Nolo ego cum improbis te viris, gnate
mi, neque in via, neque in foro ullum
sermonem exequi. Plautus.
- Nemo confidat nimium secundis.
- Nemo desperet meliora lapsis.
- Miscet hæc illis, prohibetque Clotho.
- Stare fortunam, rotat omne fatum.
- Seneca.
- Ne possessioni augēdæ studeas, sed mi-
nuendæ cupiditati. Plato.

Nihil
Ayuntamiento de Madrid

Nihil turpius ignauia, nihil bellica virtute pulchrius ducito. Anonymus.

Non manus tantum verum & oculosco tineto. Isocrates.

Non solum manus, sed & linguam habeo continentem. Pericles.

Ne quid in cōuiuio præter decorū vel facias vel dicas: à iurgijs autem & ob scœnitate præfertim te temp̄o. Sertorius.

Ne verba per iram proferto, sed verbis iram compescito. Aristippus.

Nullam iustitiae anteponito utilitatem. Demosthenes.

Ne nimium cupias. Chilo.

Nullius gratiam legibus aut iustitiae præponito. Simonides.

Non videri, sed esse vir optimus stude. Aeschylus.

Nullum tempore preciosiorem sumptū esse puta. Theophrastus.

Ne eos tibi fideles putas, quos pecunia corruperis. Philippus Macedonū rex.

Neque de præteritis postea, neque de futuris antea curā suscipito. Id enim animi bene constituti signum est, & hilare cogitationis argumentum.

Aristippus.

Noli ditari nequiter. Thales Milesius.

Nil proprium ducas, quod mutari possit. Publius.

Noli quibusvis habere fidem: & consilium quod ab alijs acceperis, fac inspicias. Multi enim cōsulti, nō suis cōsultoribus, sed sibi cōsulunt. Aesopus.

Nullum reprehenderis vitij, cuius ipse ~~o~~as reprehendi. Anianus.

Ne pudeat te semper discere meliora. Aesopus.

Ne guitaris quibus nigra est cauda. Pythagoras.

Ne cuiuis porrugas dextram. Idem.

Ne malorum memineris. Thrasibulus.

Ne quid sublime loquaris. Theognis.

Ne quid cuine, cūm res maximē fuerint secundæ. Philemon.

Neque cęcum ducem, neque amentem consultorem adhibeto. Pindarus.

Nec nullis sis amicus, neque multis. Hesiodus.

Ne præceps fueris ad iurandum. Tryphon.

Ne expende præter tempus, tanquam bonorum nescius: neque illiberalis sis: mensura omnibus iurebus optima. Pythagoras.

Ne ditare

- Ne ditare iniuste, sed ex iustis viue.
Phocylides.
- Ne peierato, neque inscienter, neque
sponte. Idem.
- Ne iniustum facias: facientem iniusta
coerce. Idem.
- Nunc inopi tribue, & ne dic, cras hucce
redito.
- Elargire manu larga, miseratus cegenti.
Idem.
- Ne sis ad pugnam præceps, compescere
furorem. Idein.
- Ne citius crede, quam verè videris fi-
nem. Idem.
- Ne populo fidas, variorum est bellua-
morum:
- Non magis aut ignis poterit, quam aut
vnda teneri. Idem.
- Ne tumulum mortuorum refodias. Idé.
- Neque malis dolcas, neque exultes gau-
dio. Idem.
- Ne maneas cœlebs, ne ignominis pe-
reas.
- Da aliquid naturæ & ipse: gigne verò
rursus sicut genitus es. Idein.
- Ne detrectes in re exigua hominibus
gratificari: videberis enim in rebus
magnis, idem aliquando agere. Epi-
curus.

O

Omibus placeto. Periander.

Oculis moderare. Idem.

Omibus te ipsum prebe. Idem

Opportunitatem expectato. Idem.

Oderis calumnias. Chilo.

Opes eiusmodi tibi para, quæ naui fratera simul cum dominio eratent.

Aristippus.

Orationem blandam, mellitum laqueū existimato. Diogenes.

Optima quæque ad imitandū tibi proponeo. Plinius Secundus.

Ostenta magnificentiam nulla re magni sumptus, statimque peritura: sed tum ijs rebus quas iam diximus, tum pulchritudine possessionum, tum beneficentia in amicos. Nam quæ hoc modo insumperis, ea & tibi manebunt, & posteris tuis plures commoditates allatura sunt, quam pecunias profusiones. Isocrates.

Optimum est seruare modum: sed quoniam is facile cognosci non potest, malis citra resistere, quam ultra progredi. Mediocritatis enim vis, magis in eo quod parum, quam in eo quod nimium

nimum est, cernitur. Idem.

Operam cum primis dabis, vt & te &
vrbem in tuto colloces: sed si pericu-
lum adeundū fuerit, honeste mori,
quam turpiter viuere præoptabis.
Idem.

Ob nullam alienam excellentiam te ef-
feras. Epictetus.

O puer tace: multa continet bona silen-
tium. Sophocles.

Ocyus ite viri, & nascentem extinguite
flammam, Ne serè redeant post au-
cta pericula curæ. Silius Italicus.

Officiositate reddēda ne sis negligens,
neque acerbus exactor appareas.
Seneca.

Opta quod coram bonis & honestis
optari potest. Idem.

Omnibus precantibus præter quam ti-
bi ipsi ignoscito. M.Cato.

Obiurgauerit te meritò aliquis, scito
quia prodesse voluit. Seneca.

Opiniones tuæ sint iudicia. Idem.

Optima quidem optato, sed quæcūque
inciderint fert, Alex. Mameæ filius.

Omnia ijs ne credito, qui se amicos esse
venditant. Epicurus.

Opta oia mature cōficias face. M.Cato.

R s

Oculis magis quam auribus fidem habeto. Herodotus.

Observato modum, nam omnibus in rebus illud

Optimum erit, si quis tempus spectauerit aptum. Hesiodus.

Officiū ne collocaris in inuitū. Aristides

Omnibus iusta tribue, neque iudicium in gratiam trahe. Phocylides.

Oib' adde modū, verbis, potuq; cibōq;

Cum primis mensura bona est, transgressus iniquus. Idem.

Operare laborás, ut ex p̄prijs viuas. Idē.

Oblectamenta admittito, non quidem omnia, sed quæ honestati sunt coniuncta. Democritus.

P

PiETATEM sectare. Periander.

Probrum fugito. Idem.

Principibus cede. Idem.

Parcito tanquam immortalis. Idem.

Prius intellige, & deinde ad opus accende. Bias.

Persuasione cape, non vi. Idem.

Parentes reuerere. Pittacus.

Parentes patientia vince. Cleobulus.

Principem honora. Thales.

Pacem dilige. Idem.

Præcipuam disciplinam putato, dedisce
re mala. Antisthenes.

Parentes ama. Cato.

Pugna pro patria. Idem.

Patere legem quam ipse tuleris. Idem.

Pauca in conuiuio loquere. Idem.

Probitatem iureiurando certiorem pu-
tato. Solon.

Principi consule non dulciora, sed opti-
ma. Idem.

Præclara studiosè meditare. Idem.

Pudicitiam ama. Pittacus.

Prudentiam dilige. Idem.

Priusquam incipias consulto, & ubi con-
sulueris, mature factò opus est. Sa-
lustius.

Percontatore fugito : nam garrulus idē
est. Horatius.

Principiis obsta, sero medicina paratur.
Cùm mala per longas cōualuere mo-
ras. Ouidius.

Propone tibi ad imitandum bonum vi-
rum & temperatum. Bion.

Parentes cole, & amicos beneficiis affi-
cito. Menander.

Peregrinus cùm sis, pacatus esto, & be-
ne tecum agetur. Democritus.

Parentes

Ayuntamiento de Madrid

Parentes honora. Isocrates.

Præstare puta audioisse multa , quām pecuniæ multum coegisse. nam hæc facile amittitur, illa nunquā deserunt.
Solius enim possessio sapientiæ est immortalis, Idem.

Præsenti statu contentus esto : quære tamen res meliores. Idem.

Pupublicis à functionibus discede nō locu pletior, sed laudatior. Laus enim multitudinis magnis opibus est præferenda. Idem.

Paupertatem cum iustitia coniunctam, opibus malè partis anteponito. Nam iustitia pecunijs eò præstantior est, quod hæc viuētibus tantum profundit, illa verò etiam post obitum gloriam parit: & hæc quidem vel perditis hominibus cōtingunt, illam autē improbi cōsequi nullo modo possunt. Idem.

Primos honores cōiunctissimis, verissimos benevolentissimis defert. Idem.

Per omnē ætate tantā veritatis prætexto reuerentiam , vt plus habeatur fidei tuæ affirmationi , quām aliorū deierationi. Idem.

Potestatē da prudentibus, liberè dicēdi sententiā: vt si qb. de reb. dubitas prestō sunt qui

sint qui illas vñà tecum examinent.
Discerne eos qui arte assentantur, ab il-
lis qui ex benevolentia te colunt: ne
improbi meliore cōditione sint, quā
boni viri. Idem.

Præstare puta liberis tuis honestam fa-
mam, quām magnas opes relinquere.
nam hæ mortales sunt, illa immorta-
lis: fama pecuniæ quæri possunt, emi
pecuniis fama non potest. opes etiā
improbis contingunt: gloriam verò
parare non possunt, nisi virtute præ-
stantes. Idem.

Persuasum habe, bonum consiliarium
vtilissimam, & rege omnium dignis-
simam esse possessionem. Idem.

Prudens si esse cupis, in futurum prospe-
ctum intende: & quæ animo tuo con-
tingere possunt, cūcta propone. Nihil
tibi subitum sit, totum antè conspi-
cias. Nam qui prudens est, non dicit,
Ego non putaui hoc fieri: quia non
dubitat, sed expectat: non suspicatur,
sed cauet. Seneca.

Prudentiam ergo quisquis sequi deside-
ras, rectè per rationē viuas, & omnia
prius exiliimes atque perpendas: &
dignitatem rebus, non ex opinione
multorū,

multorum, sed natura earundem consti-
tuas. Idem.

Promittas cum consideratione: sed pleni-
lius, quam promiseris, presta. Idem.
Placeas non multis: sed quibus placeas,
cogita. Idem.

Paruo redime desideria tua. Id quare,
quod inuenire possis. Idem.

Pauper nunquam eris, si ad natum vi-
vas. Si alicui sua non videntur amplif-
fima, si totius mundi dominus sit, mis-
ser est. Qui cum paupertate bene con-
uenit, diues iudicetur. Desideria tua
paruo redime: quia hoc tam curare
debes, ut ea desinant: atque ita quasi
ad exemplar diuinum compositus, a
corpo ad spiritum, quantum potest
abducere te festina. Idem.

Pares tibi omnes facies, sic inferiores
non contemnes, superiores recte vi-
uendo non metues. Idem.

Pietatis erga deos id maximū esse scito,
ut de ipsis bene sentias, putésque &
eos esse, benēq; ac recte gubernare.
Tum ut ita te cōpares, parere eis, at-
que omnibus cedere quę fiant, neque
inuitū sequi quasi omnia ex optimo
consilio efficiantur. Hoc enim pacto
neque

neq; deos vnquam culpabis , neque
incusabis, quasi neglectus. Epictetus.
Persuasum habeas , tuas non esse facul-
tates, quas non conclusas animo ge-
ras. Pythagoras.

Pro iusto etiam vinci sustine. Sosiades.
Peccans pœnitudine afficiaris. Idem.
Parentes in primis honoribus afficias.
Philemon.

Parentes amato quām constantissimē.
Chæremon.

Parce vitæ tuæ , ne ipsam animi affecti-
bus edas. Pythagoras.

Propter morientes ne tristeris: est enim
necessariū: sed propter turpiter è vita
discedentes. Polyænus.

Potius eos tecum versaturos elige , qui
te venerentur & ament, quām qui ti-
meant. Pythagoras.

Parcè tua vtere potestate , quo semper
ea uti possis. Cato senior.

Peregrinis & egentibus alimoniam mi-
nistrato. Democritus.

Præsentem nec vituperato, nec laudato.
Polyænus.

Postremum vitę diem tibi semper insta-
re propone. Musonius.

Parentibus obedito , sed honestum iu-
stum

stūmque imperantibus. Idem
 Princeps cum sis , non mollicie deliciis
 ve, sed temperantia ac fortitudine pri-
 uatis hominibus antecellere studet
 Agesilaus.

Potentiori ne resistas, sed huic cedendo
 & ferendo vincas. Anianus.

Promissis magnificis ne semper credito.
 Idem.

Periculū ne temerè subeas. Epicharm⁹.
 Primum deum cole, deinde autem tuos
 parentes. Phocylides.

Pauperem ne repelle : iniuste ne iudices
 personam. Si tu malè iudicaueris, te
 deus postea iudicabit. Idem.

Præteritis malis cor ne cōsumito. Quod
 enim factum est, infectum feri nō po-
 test. Idem.

Peregrinis & egentibus ex iis quæ sup-
 petunt ministra alimoniam. E quidem
 quisquis indigenti victum negat , is
 neque ab alio quicquam accipiet, dū
 eguerit. Democritus.

Quicquid promiseris. facito. Pe-
 riander.

Quod iustum est, imitare. Idem.

Quæ facturus es, ea ne prædixeris : fru-
 stratus

stratus enim rideberis. Pittacus.

Quæ feceris parentibus , eadem à libe-
ris expecta. Idem.

Quæ fieri non possunt , caue concipi-
scas. Idem.

Quod oderis , alteri ne feceris. Cleob.

Quod adest, boni consulito. Thales.

Quantò plus liceat , tam libeat minus.
Cleobulus.

Quod facturus eris , dicere sustuleris.
Thales.

Quæ in aliis dānes, ipse ne feceris. Idē.

Qualem gratiā retuleris parētibus tuis,
talem expecta à liberis tuis. Idem.

Quod præclarū est, accuratè agito. Solō

Quæ fieri non possunt, ne tentes. Chi-
lo Lacedēmonius.

Quæ nō deposueris, ne tollito. Solon.

Quod ferendum est, feras. Minuc iram.
Terentius.

Quicquid boni feceris , id Deo acce-
ptum referas. Bias.

Quodcunque pollicitus fueris , serua.
Periander.

Quod malè fers , adsuesce, feres : bene
multa vetustas lenit. Ouidius,

Quid de quoque viro, & cui dicas, sāpe
videtō. Horatius.

Quæ factu sunt turpia, ne dictu quidem decora esse puta. Isocrates.

Quicquid egeris, palam fore omnibus credito. Et si enim quidpiam in praesentia celaris, post tamen innotescet.

Idem.

Quæ scis, diligentia tuere : quæ nou dicisti, artium cognitione adiunge. Nec enim minus turpe est utilem orationem cum audieris, non discere, quam si boni quippiam detur ab amicis, non accipere.

Idem.

Quicquid in vita otii dabitur, id audieundæ doctrinæ studio consumito. Sic enim futurum est, ut quæ magnis alii laboribus inuenere, tu facile perdiscas.

Idem.

Quemadmodū improbis diffidendū, sic bonis habendā esse fidē ducito. Idem.

Quibus de rebus apertè profiteri veveris, & tamen cum amicis aliquibus communicare cupies, sic orationem instituto, quasi res aliena sit. Nam compacto, & quid ipsi censem, cognosces, nec te ipse prodes.

Idem.

Quum ab aliquo consilium in tuis negotiis expertes, considerabis in priinis, quomodo res suas ipse administrarit.

stratit. Nam qui suis rebus malè consuluit, nunquam de alienis melius debet liberabit. Idem.

Quicquid dicturus es prius cum animo tuo reputa: multi enim sunt quorum cogitationi lingua antevertat. Idem.
Quæ tuis liberis præciperes, ea ipse facere ne graueris. Idem.

Quicquid aggressurus es, eius initium primò, tum quid deinceps sequatur, considera: atque ita rem aggrediare. Id si non feceris, nunquam ipsam propter aggredieris, nihil eorum cogitas, quæ futura sunt: postmodum vero cum quædam apparebunt turpia, pudore afficeris. Epictetus.

Quod ad corpus attinet ad purum usq; usum sume, velut cibum, potum, vestem, domum. Quod autem ad gullam aut delicias pertinet, penitus circumscribe. Idem.

Quæ nefas est facere, nec suspectus habearis, quasi facias. Pythagoras.

Quale sit id quod amas, cœleri circunspice mente

Et tua luxuro subtrahe colla iugo.
 Ouidius.

Quoties necesse est fallere, aut falli à

suis, patiare potius ipse, quam facias
scelus. Seneca.

Quid sit futurum cras, fuge querere, &
Quem sors dierum cunque dabit, lucro
Appone. Horatius

Quencunque miserum videris, hominē
scias. Seneca.

Quò maior fueris, hoc magis laborato.
Maximinus.

Quum fueris iratus, ne quid dixeris, fe-
cerisve, priusquam Græcarum lite-
rarum vigintiquatuor nomina apud
te recensueris. Athenodorus.

Quū licet fugere, ne queras lité. Pericl.

Quām minimum loquens plurima au-
dito. Demonax.

Qui bonus est, ab eo bona discito.
Theagnis.

Qui cum certes, etiam atque etiam vide-
nā et si tu fortis es, est forsitan alius te
fortior. Aut si non fortior, certè calli-
dior, ut consilio suo tuum vincat ro-
bur. Anianus.

Quo d non es, non te esse simules: non
doctum, cum sis indoctus, non diui-
tem non nobilem, cum sis pauper &
ignobilis, te iactes. vero enim com-
peto, rideberis. Idem.

Ayuntamiento de Madrid Quæ vncis

Quae vncis sunt vnguibus, ne nutrias.
Pythagoras.

Quae tibi donauit Deus, ex his subleua
egentes. Phocylides.

Quanquam citra Dei culpam mala acci-
dant, non tamen sine illo calamitatē
nobis immitti arbitreri. Theo-
pompus.

R

Responde in tempore. Periander.

Res amici diliges, vt perinde serues vt
tuas. Cleobulus.

Rem tuam custodi. Cato.

Rebus secundis ne efferaris, aduersis ne
deiiciaris. Cleobulus.

Rationi pareto. Aesopus.

Regium esse putato male audire, cùm
ipse bene feceris. Antisthenes.

Rprime iracundiam, atque ad te redi.
Terentius.

Relictis certis, ne persequare incerta.
Menander.

Regum mores imitare, & eorum æmu-
lare studia, vt eos probare & sectari
videaris. vnde fiet, vt & apud multitu-
dinem gloria floreas, & illorum be-
nevolentiam erga te confirmes. Iso-
crates.

Religionem eam serua, quam à maioribus accepisti: sed id pulcherrimum sacrificium, & cultum esse maximū existima, si ipse te quām optimū & iustissimum præbeas. Maior enim spes est, Deos immortales talium vota audituros, quām eorum, qui multas victimas prosternunt. Idem.

Rumoribus, criminibus, suspicionibus, minime credulus sis: sed potius malis qui per speciem simplicitatis ad nocē dum aliquibus surrexerint, honorem surripientes, contrarius sis: ad iram tardus, ad misericordiam pronus. Seneca.

Risus neq; multus sit, neque ob multa, neque solutus. Epictetus.

Reuerere te ipsum, & non erubescere coram aliis. Theophrastus.

Rebus in angustis animosus, atque Fortis appare: sapienter idem
Contra hæc vento nimium secūdo
Turgida vela . Horatius.

Respice quod non es: tollat sua mūnera cerdo.

Tecum habita, & noris quām sit tibi
curta supellex. Persius.

Rem pub

Rem publicam ut ciuis optimus diligit. Plinius Secundus.

Rationem cupiditatum dominam constituit. Demosthenes.

Regem honora. Æsopus.

Rapacitatem fugito. Tryphon.

Rosam quæ præterierit, ne quæras iterum. Anaxilaus.

Rusticanum oratorem ne contempseris. Diogenianus.

Rebus principio parce tuis, ne in fine labores. Phocylides.

Rebus prosperè cedentibus, suspectabi semper sit aduersitas.

Annus etenim unus quatuor constat partibus. Unicum temporis momentum variam secum affect rerum mutationem. Gerontius.

S

SV P P L I C I B V S misericors esto. Periander.

Sapientum utere consuetudine. Idem.

Spes foue. Idem.

Seniorem reuerere. Idem.

Sperato tanquam mortalis, partito tam
quam immortalis. Idem.

Suspicionem abiicito. Cleobulus.

Sapientia vtere. Chilon.

Similis tui sis. Thales.

Susurroneum ex ædibus eiice. Idem.

Satius esse puta ἐις κόρακες, οὐκ εἰς κόλακες,
id est, in coruos, quam in adulato-
res incidere. Illi mortuum exedunt,
hi viuum etiam. Antisthenes.

Saluta libenter. Cato.

Si fortuna iuuat, caueto tolli. Si fortuna
tonat, caueto mergi. Periander.

Senectutē honora: senescimus etenim
omnes.

Sperte voluptates, nocet empta dolo-
re voluptas. Horatius.

Semper tu hoc facito cogites: Id opti-
mum esse, tute ut sis optimus: si id ne
quiueris, saltem ut optimis sis proxi-
mus. Plautus.

Si vitare velis acerba quædam

Et tristes animi cauere casus:

Nulli te facias nimis sodalem.

Gaudebis minus, & minus dolebis.

Martialis.

Summum crede nefas, animum præfer-
re pudori

Ayuntamiento de Madrid

re pudori,

Et propter vitam viuēdi perdere cau-
fas. Iuuenalis.

Sapienti à viro accipe consilium. Me-
nander.

Spera te colentem parētes , prosperum
rerum successum habiturum. Palæ-
mon.

Semper quod tristitiam inferat , eiice ē
vita. Sofiades.

Sis ad iram non celer , sed tardus. De-
mocritus.

Si quicquam turpe admiseris , nūquam
sperato clam fore. Nam vt alios id ce-
les, at ipse tibi eris conscius. Isocra-
tes.

Sic autem rectissimè tractabis amicos,
si non expectes dum te rogent : sed
vltro,cum tempus postulat,eis opem
feras. Idem.

Sic te parato , vt aliis plus possis : & æ-
quo tamen iure cum cæteris viuito,
vt te iustitiam colere appareat , non
ex imbecillitate, sed propter æquita-
tem. Idem.

Summo studio elabora, vt in tuto viue-
re queas: sed si quando tempus inci-
derit, vt pericula sint adeunda: inco-

lumis è bello euadere stude cum laude & gloria, non cum infamia & de-
decore. Nam fatum omnes quasi ca-
pitis condemnauit: honeste autem
mortem oppetere, Natura peculia-
re præstantium virorum munus esse
voluit. Idem.

Si fortè ita ceciderit, ut re aliqua leuio-
re gaudeas, dissimula: sed rerum ma-
ximarum studium ostenta. Idem.

Sapientes existima, non eos qui de re-
bus minutis curiosè rixantur, sed qui
de maximis rebus egregie dicūt: nec
eos qui aliis felicitatem pollicentur,
cum ipsi multarum rerum inopia la-
borent: sed eos qui et si mediocria de-
se profitetur tamen & negocia dex-
tre obire, & inter homines versari
commode possunt: nec in vitæ muta-
tionibus perturbantur, sed pulchrè
moderatèq; ferre tam secundas res,
quam aduersas didicerunt. Idem.

Sermo tuus non sit inanis, sed aut sua-
deat aut moneat, aut consoletur, aut
præcipiat. Seneca.

Studio tuo semper adsit alterna requies.
Non semper in actu sis, sed interdum
animo tua requiem dato. Et requies
illa

illa plena sit sapientiæ , studij , & cogitationis bonæ. Idem.

Sermones utiles , magis quam facetos & affabiles amantur: & rectos potius quam facundos. Idem.

Scurrilitas tibi non sit , sed grata virbanitas. Idem.

Sales tui sint sine dente , ioci sine vilitate , risus sine cachinno , vox sine clamore , incessus sine tumultu , quies sine desidia. Et cum ab aliis luditur , tu sancti aliquid , honestique tractabis. Idem.

Sermonis esto rari , loquentium patiens auditor: seuerus ac serius , sed hilares non aspernans. Idem.

Susutro neminem appetas , neminem suffodias , palam aggredere palmam: nec gere conflictum , nisi prius indixeris. Nam fraudes & dolii imbecillem decent. Idem.

Sapientiæ sis cupidus & docilis. Idem. Silentium sit plurimum. Loquere necessaria , & paucis , & raro. Epictetus.

Si quis ad te deferat: Ille de te male dicit: ne excusa que dicatur , sed responde : Ignorat ille & alia , que mihi adfunt

ad sunt mala: alio qui non sola hæc dicet. Idem.

Superior his rebus esse assuesce: ventre quidem ante omnia, & somno, & libido, & iracundia. Pythagoras.

Si cupis bene audire, disce bene dicere. Doctus autem bene loqui, conare rectè agere: atque sic perfueris bona fama. Epictetus.

Semper assiduus esto, & quemadmodum qui scalas cōscendere cōperint, non prius desistunt ab ascensu, quam supremum attigerint gradum: sic & tu in bonis semper altius scandendo affectus sis. Agapetus.

Sapientiam ne iacta, neque vires, neque diuitias. Vnus est deus sapiēs, potēs, & omnifariam diues. Phocylides.

Sic vitam institue, tanquam & parum & multum viciurus temporis. Bias.

Simul cum potentia mansuetudinē serua, ut non timendus, sed reverentia dignus videaris illis, qui in te incidunt. Philonides.

Sustine & abstine. Epictetus.

Sic viue cum hominibus tanquam Deus videat: sic loquere cum deo, tanquam homines audiant. Seneca.

Sic

**Sic facies quæcunque facias , tanquam
spectet aliquis. Omnia mala nobis
solitudo persuadet.** Idem.

**Si honesta sunt quæ facias, omnes sciāt:
si turpia , quid refert neminem scire,
cum tu scias. O te miserum , si con-
temnis hunc testem.** Idem.

**Sis pius in primis. nam cū vincamur in
omni**

**Munere, sola deos æquat clementia no-
bis.** Claudianus.

**Sit procul omne nefas. Ut ameris,
amabilis esto.** Ouidius.

**Sic certe viuendum est, tanquam in con-
spectu viuamus: sic cogitandum, tan-
quam aliquis in pectus intimum pro-
spicere possit , & potest. Quid enim
prodest ab homine aliquid esse secre-
tum? Nihil Deo clausum est. Interest
animis nostris, & cogitationibus me-
diis interuenit.** Seneca.

**Si bene quid facias, facias cito. nam ci-
to factum.**

**Gratum erit : ingratum gratia tarda
facit.** Ausonius.

**Scripta caue relegas blandæ scruata
puellæ.**

**Constantes animos scripta relecta
mouent**

mouent.

**Omnia pone feros, quamvis inuitus, in
ignes,**

Et dic, ardoris sit rogus iste mei. Ovidius.

**Satius esse putato incidere in coruos,
quam in parasitos.**

Hi enim viuentis animum corrumpunt: illi solum mortui corpus. Antisthenes.

**Studeto huiusmodi parare tibi opes,
quæ naufragio non pereant, sed simul cum possidente enatent. Aristippus.**

Si facultas adest aliis gratificandi, ne differas. nos ti enim quam mutabilis sit rerum omnium status. Democritus.

Stude amicos donis retinere, & inimicos beneficiis amicos reddere. Alexander Magnus.

Summo adnitere studio, ne temere verba parum decentia tibi elabantur. Apollonius.

Seria negotia non in conuiuio vinolento, nec quoquis loco, nec presentibus omnibus tractato. Anonymus.

Si quid recte curatū velis, alteri ne mandes

des, sed ipse curato. Anianus.

Stateram ne trāsgrediaris. Pythagoras.
Salem & mensam ne præterreas. Id est,
ne violes amicitiæ iura. Idem.

Sint inter ciues cquales aduenç honore.
Nam paupertatem latè sentimus &
omnes.

Et regio haud firmam sedem morta-
libus offert. Phocylides.

Seruo ordinata tribuas, ut tibi placeat.
Idem.

Somno ne licentius indulgeto, quāma
par est. Æschines.

Sibene misereri de aliquo voles, citissi-
mè aliquod in illum beneficium con-
feras. Mora enim ingratum redditur,
& parum amabile quicquid dederis.
Democritus.

T

TEIPSVM ne negligas. Periander.
Temperantiam exerce. Chilon.

Tempori parce. Idem

Turpia fuge. Idem.

Tutiorem quo quis muro, fratum con-
cordiam putato. Antisthenes.

Tu te consule. Aut: Tutò consule.
Cato.

Trocho lude. Alcas fuge. Cato.

Tacere noli, vbi non oportet. Cicero.
Tu ne cede malis, sed contrà auden-
tior ito. Vergilius.

Tu quancunque deus tibi fortunauerit
horam,

Grata sume manu. Horatius.

Tolle moras, semper nocuit differre pa-
ratis. Lucanus.

Turpe nil fac, neque disce. Menander.
Te latitum semper ne putas, impro-
bus cum sis. Idem.

Tu pauper effectus, diuitibus ne inuide-
to. Sertorius.

Talem erga parentes tuos te præbe,
quales in te liberos esse tuos optares
Isocrates.

Tardè amicitiam contrahe, contractā
seruare perpetuò stude. Nam subinde
mutare familiaritates, æquè turpe est
atque amicum habere neminē. Idē.
Testimonium veritati, nō amicitia red-
das. Seneca.

Temperantiam exerce: & factis obscur-
nis abstine.

Moderatè cibum potumque sumas,
loquarisque. Phocylides.

Tristia semper à vita repellere. Menander.

Tu

Tu autem quod æquissimum est spera,
 & ad id quod iniquissimum est, te pa-
 ra. Seneca.

Tu semper amoris
 Siis memor, & chari comitis ne abscedat
 imago. Valerius Flaccus.

Te ipsum
 Concute num tibi quid vitiorum in-
 seuerit olim
 Natura, aut etiam consuetudo ma-
 la:nanque
 Neglectis vrenda filix innascitur a-
 gris. Horatius,

Tu licet extreinos latè dominere per
 Indos,

Te Medus, te mollis Arabs, te Seres
 adorent:

Si metuis, si praua cupis, si duceris
 ira,

Seruitij patiere iugum, tolerabis ma-
 gnas

Interius leges. tunc omnia iura te-
 nebis,

Cùm poteris rex esse tui. Claudianus
 Talis esse studeto, qualis haberi velis.
 Socrates.

Tria hæc in omni vita tibi parato: vt in
 animo scilicet prudentiam, in lingua

silentium, & in vultu verecundiam
habeas. Idem.

Tum demum silentium abrumpito, cū
ea loqui poteris, quæ sunt indigna si-
lentio. Cato Uticensis.

Tempus ita metire, quasi & diu & parū
victurus. Bias.

Tua sorte sis contentus. Fuere nonnul-
li, qui si mansisset humiles, poterant
esse tuti : facti sublimes inciderunt in
pericula. Anonymus.

Tua seruato diligenter. M. Cato.

Testimonium falsum fuge : iusta loque-
re. Phocylides.

Temperantiam exerce: turpibus operi-
bus abstine. Idem.

Terram impartire inseptulis mortuis.
Idem.

Tempori serui, ne contraflato ventis.
Idem.

Tantum cibi & potionis adhibeo , vr
refiantur vires ; non opprimantur.
Cicero.

~~The~~ homo cūm sis, communem memi-
netis esse fortunam. Apelles.

V

Verita

Veritati adhæreto. Periander.

Violentiam oderis. Idem.

Voluptati tempera. Idem.

Vxori dominare. Pittacus.

Vxorem ducito ex æqualibus, ne si ex ditionibus duxeris, dominos tibi parres, non affines. Idem.

Voluptatem coerce. Idem.

Veritatem sustineto. Solon.

Virtutem laudato. Idem.

Vitæ curam age. Thales.

Voluptati frenos injicio. Cleobulus.

Vxori præsentibus alienis nec blandire, nec iurgium facito. Idem.

Ventre in vita charybdim putato. Diogenes.

Verecundiam serua. Cato.

Vino te tempera. Idem.

Vtere virtute. Idem.

Viue tibi, tecumque habita, nec grandia tentes:

Effugit immodescas patula. puppis aquas. Horatius.

Viue, & amicitias semper cole. Ausonius.

Vince animos, itamque tuam, qui cætera vincis. Ouidius.

Viro infortunato ne infigas malum.
Menander.

Viuere volens, ne facias morte digna.
Athenodorus.

Victum compara ex qualibet re, præterquam ex rebus malis. Anonymus.

Viri improbi semper comitatum fuge.
Æschylus.

Vel dic quippiam silentio melius, vel sileto. Musonius.

Vince ratione præsentem calamitatem.
Idem.

Vitia non homines insectare. Plinius Secundus.

Venerare numen cùm aliàs, semper, tum verò maximè, cum publicè sacra fiunt. Isocrates.

Vitare compotationes, consultissimum certè fuerit. Sed si quando te interesse contigerit, surgito ante ebrietatem. Cùm enim vino mens corrupta fuerit, idem ei quod curribus euenit, è quibus aurigæ sunt excussi. Nam ut hi temerè feruntur, carentes gubernatoribus: sic animus in multa delicta impellitur, mente subuersa. Idem.

Verissi

Verissimos honores eos esse puta, non
qui p alàm ex metu tibi habentur:
sed si ipsi inter sele prudentiam tuam
plus q fortunam, admirantur. Idem.
Vrbanus esse stude, & grauis : quorum
hoc principatum decet , illud con-
gressibus est aptum . Sed hoc est
rerum omnium difficillimum. Nam
eos qui grauitatem affectant , ple-
runque frigere: qui urbani esse stu-
dent, nimis abijcere se comperies.
Est autem utraque hac ratione uten-
dum, & finitimum utrius incommo-
dum effugiendum. Idem.

Victus tibi ex facili sit: non ad volunta-
tem, sed ad cibum accede. Palatum
enim tuum fames excitet, non sapo-
res. Seneca.

Verberes nec quenquam alium plus,
quam te. Idem.

Verba blanda timebis , non acerba.
Idem.

Vitiorum tuorum esto fugax ipse , a-
liorum verò non curiosus scrutator, neque acerbus reprehensor: sed
sine exprobratione corrector, ita ut
admonitionem semper charitate &

hilaritate præuenias. Idem.

Valere anima præoptes quam corpore.
Pythagoras.

Voluptatem non quamlibet, sed honestati coniunctam eligere decet.
Demosthenes.

Voluptatem fuge, quæ in posterum dolorum pariat. Solon.

Vbique sequato fidem. Phocylides.

Ventrem modis omnibus refrenare conaberis, quandoquidecum solus beneficijs acceptis ingratus est, semperque plura sibi iusto postulat. Chares.

Voluptates extirpas inter res vilissimas habe, quæ latronum more in hoc nos amplectuntur, ut strangulent. Seneca.

Viue sine inuidia, mollisque inglorius annos.

Exige, amicitias & tibi junge parentes. Quidius.

Vobis edocto si quicquam credis amico

Viue tibi, & longe nomina magna fuge. Idem.

Viue memor lethi, fugit hora. &c.

Persius.

Venturæ

Venturæ memores iam nunc estote
senectæ

Sic nullum vobis tempus abibit
iners. Ouidius.

Voluptates omnes veluti Syrenes fuge
Socrates.

Veritatem amplectere, & cunctis bene-
facito. Pythagoras.

Vituperatus ne irascitor, laudatus ne
extollitor. Plato.

Virum iustum pluris facito, quam co-
gnatum. Antisthenes.

Voluptates contemplare non à fronte,
sed à tergo. Aristoteles.

Vide ut ocium in re quapiam honesta
colloces. Plato.

Verecundis prudentibusque Deum fa-
uere scito. Echereus.

Vitam adeò puram ducito, ut ne in su-
spicionem quidem criminis incur-
ras. Æschynes.

Vsuram, quæstumque illicitum, breues
habere delicias, longam autem cala-
mitatem scito. Antiphanes.

Vxorem nō oculis solum & digitis, sed
auribus etiam ducito. Olympias.

Vxorem non voluptatis, sed liberorum

gratia ducito: debetur enim hoc na-
turæ & patriæ. Antisthenes.

Vicinis bonus esto. M. Cato.

Virginitatem custodi. Phocylides.

Venerare canos, cede verò tenibus.
 idem.

Ventris debitam portionem seruis præ-
beto. Idem.

Valetudinis rationem habeto. Cicero.

Vitæ finem spectato. Æsopus.

Vitam age bonam ad senectutis limen
vique. Phocylides.

Finis sententiarum diuerso-
rum autorum.

ISOCRATES.

Vtere præceptis nostris, aut ipse inueni
meliora.

HORATIVS.

Viue, vale: si quid nouisti rectius istis,
Candidus imperti, si nō, his vtere mecum.

DEO GLORIA.

T 5

Ayuntamiento de Madrid

ILLVSTRIVM
VIRORVM NO-
MINA, QVORVM
SENTENTIAE
*¶ precepta in hoc
concentur
libello.*

A

Aeschylus.
Aclopus.
Afer,
Agapetus.
Agasicles.
Agesilaus.
Alcamenes.
Alexander Magn.
Alexander Mammeæ filius.
Alexis.

Anacharsis.
Anaxagoras.
Anaxilaus.
Anianus.
Antagenes.
Antalcidas.
Antiphanes
Antisthenes.
Antoninus Verus.
Apelles.
Apollonius.
Aristarchus.
Aristippus.
Aristoteles.
Aristides.
Aristo.
Aristophanes.
Athenodorus.
Ausonius.

B

Bias.

Bion.

Boëtius.

C

Callimachus.

Cato.

Cato Maior.

Chares.

Chæremon.

Chærondes.

Chilo.

Cicero.

Claudianus.

Cleobulus.

Cræsus.

D

Demetrius
Phalereus.
Democritus.
Demonax.
Demosthenes.
Diogenes.
Diogenianus.
Dionysius Sophista.
Diphilus.

E

Echereus.
Empedocles.
Ennius.
Epaminondas.
Epicharmus.

Epict

Ayuntamiento de Madrid

Epicetetus.
Epicurus.
Euripides.
Eusebius.

G

Gerontius.

H

Herodotus.
Hesiodus.
Hippocratides.
Hipponax.
Horatius.

I

Isocrates.

Iuue

Iuuenalis.

L

Lucanus.

Lucullus.

Lycurgus.

M

Martialis.

Maximinus.

Menander.

Menedemus.

Musonius.

N

Naumaches.

O

Olympias.
Oimulus.
Ouidius.

P

Palæmon.
Periander.
Pericles.
Persius.
Philemon.
Philippides.
Philon.
Philonides.
Phocion.
Phocylides.
Pindarus.

Pitta

Pittacus.

Plato.

Plautus.

Plinius.

Plinius Secundus.

Plutarchus.

Polyenus,

Porphyryion.

Publius.

Pythagoras.

S

Salustius.

Seneca.

Sertorius.

Silvius Italicus.

Simonides.

Socrates.

Solon.

Solon.
Sopater.
Sophocles.
Sofiades.
Statius.

T

Telecrus.
Thales.
Theobulus.
Theophrastus.
Theognis.
Theopompus,
Terentius.
Thrasybulus.
Tibullus.
Tryphon.

V

V

Valerius Flaccus.
Vergilius.

X

Xenocrates.
Xenophanes.
Xenophon.

Z

Zeno.

FINIS
*Indicis Autorum, quorum
autoritate Xeno-
phon nititur.*

LOCORVM COM-
munium, qui in Xeno-
phonte habentur,

I N D E X.

A

Abstinentia.

Abundantia.

Aduersæ res.

Adulatio.

Adulterium.

Agricultura.

Alacritas.

Ambitio.

Amicitia.

Amicus.

Amor.

Amor fraternus.

V 2

Anima, seu

Animus.

Animi immortalitas

Artes.

Auaritia.

B

**Beatitudo , seu æterna
felicitas,**

Bellum.

Beneficentia.

Beneficium.

Bonus vir.

C

Ciuis.

Ciuitas.

Cognos

Cognoscere se ipsum.

Concordia.

Constantia.

**Conuersatio , seu Confus-
tudo.**

Contentio.

Continentia.

**Contumacia, seu Inobediē-
tia.**

Conuicium.

Corpus hominis.

Cura domestica.

Curiositas.

D

Deus.

Diuites.

Diuitiæ.

Domus.

V 3

E

Educatio.

Errata.

Exercitatio.

F

Albedo. *Albidez.*

Fama.

Fames.

Famulus.

Fides.

Fœdus.

Forma.

Formosus.

Fortuna.

Fraus.

Frugalitas.

Furtum.

V

Futura.

G

Gaudium.

Gloria.

Gratitudo.

H

Homo.

Honor.

Hostis.

I

Imperator.

Imperium.

Improbitas.

Imperio.

V 4

Inæqualitas.
Inconstantia.
Incontinentia.
Ingratitudo.
Inuidia.
Ira.
Iuslurandum.
Iustitia.
Iustus.

L

Labor.
Lachrymæ.
Laus.
Lex.
Liberi.
Libertas.
Libido.

Lin

Lingua.
Lucrum.

M

Magistratus.
Mala.
Matrimonium.
Mediocritas.
Mendacium.
Metus.
Milés.
Militia.
Minister.
Moderatio, scuē quanimitas
Mors.
Mulier.
Munera.
Mutatio.

V 5

N

Necessitas.

Negotium.

Nemo iustus.

Nimium fugiendum.

O

Obedientia.

Otium.

Oeconomus.

Opera.

Opportunitas.

Ordo.

Ornatus, scu vestitus.

Ostentator.

**Par
cimonia.**

P

Parentes.

Parsimonia.

Partorum conseruatio.

Patientia.

Patria.

Paupertas.

Peccatum.

Pecunia.

Periurium.

Perseuerantia.

Picturæ.

Pietas.

Potentia. ?

Præfectus.

Præmium.

Princeps.

Pulchritudo.

ius?

Qua

Q
**Qualis gubernator , talis
populus.**

R

• **Ratio.**
Regnum.
Respublica.
Res secundæ.
Rex.
Ritus.

S

Sapiens.
Sapientia.
Senectus.

Seni

Seniores.
Sepultura.
Sermo.
Seruus.
Simulachrum.
Somnus.
Sophistæ.
Studium.

T

Temperantia.
Timor.
Tyrannis.
Tyrannus.

V

Valectudo.

Val

Vates.

Venatio.

Victor.

Victoria.

Vistus, seu alimonia.

Vinum.

Vir.

Viri & Mulieris officia.

Virtus.

Virtutis & prauitatis descri
ptio.

Vis seu violentia.

Vita.

Voluptas.

Vtilitas.

Vxor.

F I N I S.

LUGDUNI

Excudebat

Nicolaus Edoardus, Campa-
nus, tertio Calend. Iulias

1558.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid



Ayuntamiento de Madrid



Ayuntamiento de Madrid



Ayuntamiento de Madrid